BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
8
48 MA
18

Digitized by Google

8.48.A.18

ANTHIDOTARIVS ANIMÆ,

MEDITATIONVM, CONFES-
sionum, ac deuotarum orationum insi-
gnis libelus, omnibus Christi fide-
libus sume necessitatis, nouiter ad-
amussim recognitus, cūctisq; mē-
dis & erroribus, expurgatus,
Additis quāpluribus sanctis-
simis orationibus, quę in
alijs hactenus impres-
sis minime reperiun-
tur, Reposito fide-
li indice in cal-
ce totius o-
pusculi,
in
quo omnia digna co-
gnitu reperiun-
tur.

BIBLIOTECA ROMA

Digitized by Google

¶ Nicolai salyceti artium & medicinæ doctoris, Abbatis monasterij beate Mariæ de pomerio alʒ, Bõgrat, ordinis Cister. Argẽtiñ. Dyoc. in Anthidotariũ aiæ ꝑfaciũcula.

ONSVEVERVNT artis medicinæ corporales auctores eximij inter cęteros, quos de medẽdis corporibus hũanis edidere libros & codices, nonnullos componere tractatus quos Anthidotarios appellãt, ꝙbus anthidota quædã meliora potioraq; ad singulas egritudines curãdas & solẽnioribus magistris ordinata atq; a posteris magis expta in unũ ꝓgregata inueniunt, ut in Antidotario Ioãnis hebẽ. Mesue q grabadin dicit, patet & in gnto ca. Aui. q totius est Antidotarius. Ratis quoque & alij plurimi suis in libris Anthidotarios ordinarunt. Nouissime ꝥo qdam Nicolaus noie uir utiq; ea i arte doctissimus Antidotariũ cõposuit q famosissimus est, ita ut medici & apothecarij ipsũ suis i mãibus ꝓtinue hẽant, & eo

uantur. Qui sic incipit. Ego Nicolaus rogatus a quibusdam &c. Ad huius igitur imitationem, & ego Nicolaus huius medicine corporee quondam professor. Nūc uero spiritualis medicine que, de animabus curandis sollicita est. Vtinam bonus discipulus, hunc libellum orationum meditationumq; deuotarum ex pluribus sanctorum patrum libellis hinc inde collegi, quē Antidotarium animæ appellare uolui eo qđ in ipso quāplurima salubertrima & efficacissima reperiantur Antidota siue medicamenta quæ sunt orationes & meditationes deute, quibus animæ uarijs languoribus peccatorum sauciate curari poterunt, si diligēter adhibeātur. Quod autem orationes sint medicamenta animæ. patet. Eccles. xviij. Fili in tua infirmitate ne despicias teipsum, sed ora deū, & ipse curabit te. Et Iacobi ultimo. Infirmatur qs ex uobis inducite præsbyteros & orent super eum. Et sequitur ibi Oratio enim fidei sanat infirmum, quæ auctoritates tam & si de infirmitatibus corporalibus dicte uideantur, multo magis tamen de spiritualibus morbis ipsius animæ

intelligi possunt, unde Hiero. Sanamus inquit ieiunio pestem corporis, oratione aũt pestẽ mentis, propter quod & appocalyps quinto dictũ est de ãgelis qꝫ habebãt phyalas aureas plenas odoramentoꝝ, quæ sunt orationes sanctorum. Medicine enim corporales ut plurimum sunt odorifere seu aromatice, propter quod & hypothecarij huiusmodi medicamina conficientes a plerisqꝫ aromatarij appellantur. Vnde & in psa. Dirigatur oratio mea sicut incẽsum in ꝓspectu tuo. Quod quidem incensum utiqꝫ odoriferum esse solet. Veꝝ sicut medicine corporales in multiplici sunt differentia. Sunt enim digestiue ut sunt syrupi & laxatiue, sicut pillule potiões & elatuaria, laxatiua & opiate quæ sunt consumptiue residui post purgationem, & cum hoc confortatiue & alteratiue, & electuaria similiter alteratiua & confortatiua & emplastica unguẽta, olea, aquæ distillate, & multa huiusmodi que in anthidotariis sub suis rubricis distincte repiunt. Sic & in hoc libello q Antidotarius aĩe appellabit, ut dictum est, ponunt quedã meditationes seu oratio-

nes digestiue idest preparatiue ad expulsio
nem sicut in principio eiusdem habentur
illa quæ ꝓtrictionem & dolorem de pecca/
tis inducunt. Consequenter ponentur me
dicamina purgatiua quæ nihil aliud sunt
quam ꝓfessiones, siue sacramentales corā
præsbytero faciende, siue spirituales quæ
coram deo fieri ꝓsueuerunt. Et quia sancte
eucharistie sacramētum efficacissimum est
medicamētum ipsius animæ, quo post pur
gationem sacramentalem per ꝓfessionem
& absolutionem factam delentur residua
peccatorum post huiusmodi ꝓfessionem &
absolutionem derelicta, sicut est pœna de/
bita pro peccatis, & fomes peccandi simili
ter, & ipsa anima confirmatur & ꝓfortatur
in bonis uirtutibus, ut habetur in collecta
de hoc sacramento. Sit ablutio scelerum,
sit fortitudo fragilium sit cōtra mundi pi/
cula firmamentū. Circo tertio loco tanqā
opiate ponentur orationes ante & post hu
iusmodi uenerabilis sacri eucharistie ꝓcep/
tionem dicende. Subiungentur dehinc ora
tiones & meditationes p urime de passione
domini nostri Iesu Christi. In qua reperitur

efficacissimum antidotum confortatiuum & restauratiuum omnibus anime languoribus saluberimum. Ponentur & oñones ad beatissimam uirginem Mariã diuersosqꝫ sanctos & sanctas dei, tanquam electuaria odorifera & aromatica quibus spiritualis anime defectus tanquam medicamẽto cordiali restauratur. Ponentur demum orationes plurime pro diuersis gratijs spiritualibus impetrandis ut sunt ille que mane dicũtur in exitu lecti pro gratiarum actione de custodia nocturna & impetratione gratie operandi quod bonum est & euitandi peccata, simliter & ille quæ dicẽde sunt in agressu cuiuslibet operis, & multa talia huiusmodi quæ tanquam uunguenta uel emplastra contra omnia extrinsecus occurrentia pericula salubriter adhibentur, quæ omnia ut melius inueniri ualeant & citius occurrat quod queritur ordinata est tabula in q̃ oia & singula in hoc libello cõtẽta p ordinẽ sub suis titulis & foliorꝫ numero sũt collocata. Notandũ tamẽ ẽ quod licet ordo iã dictus ualde conueniens esset ita ut libellus iste in tractatus iuxta predictam diuisionẽ

fuisset distributus, & oꝝones seu meditatio nes singule sub suis rubricis iuxta mate/ riã in eis ꝑtẽtã fuissent ordinate, ꝙa tñ a plu ribus hincinde collectus est pñs antidota/ rius ꝙ nõ oẽs simul habebant ad manũ, sed unus post alium est repertus. Idcirco in hoc opusculo contenta minus ordinate posita sunt in plerisq; locis, qua propter uiden/ do tabulam in fine positam, eligat ex ea & colligat prudens lector, quicquid sibi ui/ derit necessarium & inueniet illud suo folio signatũ. Aduertat etiã quilibet bonus ca/ tholicus quãte utilitatis sit pñs libellus in quo pœne ad oĩa necessaria saluti aiæ & cor poris oꝝones tãq; oportuna remedia & anti dotha inueniant, ꝙ quidem libellus semꝑ in manibus tenendus est, & assidue rumĩnã dus, quia continua nobis necessitas immi/ net, ut continue de remedio nobis prouide amus, qua propter monet nos dominus in euangelio. L. xvlij. di. Oportet semper ora te & non deficere & idem. xxi. Vigilate inquitiomni tempore orantes, quibus etiã ꝑcordat illud apostoli Pau. j. ad Thessa. ul. Sine intermissione orate, & ad Roñ. xij. ora

tioni instantes, & Iaco. v. Tristatur aliqs uestrum oret equo animo & psallat. Et. i. Pe. iiij. uigilate in orationibus, unde & sancti dei inter cætera uirtuosa opera plus orationi quam alijs operibus institisse reperiunt quemadmodum legitt de anna uidua. Lu. ij. ꝙ non discedebat de templo ieiunijs & orationibus seruiens die ac nocte, & Act. j. de apostolis legitur ꝙ erant oēs perseuerā tes in oratione unanimiter cum maria matre iesu & fratribus eius. De beato etiā martino legitur, ꝙ moriens inuictum ab oratione spiritum nō relaxauit, & beatus Iacobus alphei ex assiduitate orandi contraxit in genibus suis duritiem camellorum. Et beatus Bartholomeus centies in die & centies in nocte ante deum genua flectebat. Similiter & omnes alij sancti dei quos referre esset impossibile. Sed quid de sanctis tantum immoramur cum & ipse sanctus sanctorū Christus dominus orationem (quam sit utilis & necessaria nedum uerbo, sed exemplo proprio assidue ac frequenter orando) nobis commendauit. Patet igitur quam utilis & necessarius sit præsens Antidotarius aīę.

ANTHIDOTARIVS

¶ Incipit libellus orationum & meditationum deuotarum, qui Anthidotarius animæ appellatur, eo quod in ipso inueniuntur anthidota siue medicamenta salubérrima contra omnes morbos spirituales animæ. Et primo tanquam mœdicamenta digestiua & præparatiua ad expulsionem malorum humorum animæ ponentur, & nonnulla contritionem & dolorem de peccatis inducentia.

¶ Exhortatio salutaris terrorem iudicii ac timorem diuine ultionis incutiens & cõpunctionem. Verum fidelibus non propter hoc desperanddum est, Sed in christum Saluatorem nostrum sperandum, & confidendũ, In quo est salus, uita, & resurrectio nĩra.

EXpergiscere. O miserabilis homo iam iamq; moriture, & post uermes in puluerem: unde & sumptus es iterum reuersure. Tinniant aures cordis tui ita ut formides a uoce tonitrui magni terribiliter intonantis: oportet nos præsentari ante tribunal CHRISTI, ut referat unusquisq; quæ gessit in corpore suo siue bonum siue malum, ubi cum præsentatus fue

ris qua cernes fronte uultum tremendi iu dicis tibi quidem tuisq; similibus terri bilem, iustis uero placabilem. Cui quia nones compassus uerere ne conregnes a quo cum semper auersus fueris, quæ pro hibuit faciendo, & quæ præcepit contem nendo, quomodo ad eius statuaris dextes ram inter electos, cum omni tempore fa miliare fuit sinistris actibus & præcipiti ruina præcellere reprobos. Tunc ignis in conspectu eius exardescet, & in circuitu eius tempestas ualida. Tunc ignis ante ipsum præcedet, & inflammabit in circui tu inimicos eius, tunc unuscuiusq; opus quale sit ignis probabit. Dies ire. Dies illa. Dies tribulationis & angustie. Dies calamitatis & miserie. Dies tenebrarum & caliginis. Dies nebule & turbinis. Di es tube & languoris. Tribulabitur ibi for tis, ubi si iustus uix saluabitur, tu pecca tor ubi aparebis? ibi dulcem uocem Chri sti audient iusti inuitantis eos in patris sui regnum. Ibi amaram uocem audi ent iniusti condemnatis eos in ignem eter num. Ibi qualem te exhibuisti cum esses

in hoc mortali corpore apparebis. Et quos cũq; nunc imitatus fueris, indubitanter inter illos tunc deputaberis. ¶ Diligẽter igitur animaduerte, & illic utcũq; poteris aciem cordis fige. Distinguens ordines electorum dei, & longe distantes ab eis distinctiones reproborum & faciliter perspicies iuxta meritorum estimationes tuimet iudicio non tibi iuste non deberi locum inter benedictos nisi ueniam largiatur ipse qui animæ benedicentis eum iniquitatibus aspiciatur, intuens enim angelicos supernorũ ciuium choros & reuersus ad considerationem tui nullatenus te ipsorum consortio admitti censebis, eo q; nõ angelice sed diabolice uiuendo ab eorum imitatione semp auersus fueris. Si apostolorũ Christo amabile collegium consideres, nullam tui & ipsorum conuentionem inuenies, quippe qui nec exemplis eorum omnia relinquendo Christum secutus fueris, nec doctrinis eorũ faciendo quæ docuerunt assensum prebueris. Victrices martirum diuerse punitorum cateruas admirans absurdum est, si illorũ te ingerere præsumas contubernio, quos

constat te minime emulatum, eo saltem ge
nere martirij quo membra tua que sunt
super terram occulte mortificares, quis te
infelicissimum hominum admitte ret inter
egregios Christi confessores: corde qdem
credentes ad iustitiam, ore autem confiten
tes ad salutem qui speciem sanctitatis ha/
bens confiteris te nosse christum, factis au
tem negas, qua ratione reciperis in cōuen
tum deo deuoti agminis, beatoꝝ uidelicet
monachorum & heremitarum qbus cruz
cifixus fuit mundus & ipsi mundo, tu qui
falso monachus diceris existens, ut sepul
chrum foris dealbatum intus plenum ossi
bus mortuorum, qua fiducia uel respicere
audeas ad virgineos flores, ad lilia cando/
re castitatis, nitida opinione uirtutum fra/
grantia, quibus spirituale est cantare can/
ticum quod nemo alius dicere potest, tu cu
ius terra spinas & tribulos peccatorū ger/
minat, cuius uestimentum mixtum est san
guine criminum, propter quod erit in com
bustionem & cibus ignis. Expauesce mi/
ser ne sancti penitentes recusent te admit/
tere sue societati, per quos dignos peniten

tie Fructus facientes regnum celorum uim passum est, & ipsi uiolenti diripuerũt illud, cum tu propter impenitens cor tuum thesaurizes tibi iram in die reuelationis iusti iudicij dei. Pertimesce infelix ne te uelut reprobum hominẽ uniuersitas electorum in suas mansiones recipere detestetur, eo quod in omni tẽpore uite tue inquinate fuerint uie tue, & plenus uniuersitate uitiorũ, uacuus fueris sanctitate. Erubesce igitur perdite, q̃ te omnino alienatum a consortio beatorum quesitum ubiq; nusquam inter eos inueneris, quem dispar intentio & opus semper in tenebris pecatorum detinuit & a luce illorum tibi inaccessibili penitus seclusit. Ecce tu homo qui merito nullam portionem tibi esse in terra uiuentium conscientia tua te accusante iudicas. Restat ut ex aduerso ubi sis ponendus colligas inter eos nimirum qui dicunt bonum malum &, malum bonum, ponentes lucẽ tenebras, & tenebras lucem, ponentes dulce amarum, & amarum dulce, qui ducunt in bonis dies suos in puncto autem in infernum descendunt. Non est enim ut simul

omnia complectaris a primo peccante usq; ad nouissimum quem non sis plus omnibus peccando secutus mala persuadentibus acquiescendo in temetipso tecum delinquendo, alijs, ut & ipsi malefacerent persuadendo. Quis ergo tam prophane miserebitur tui, ut te mortuum lugeat, cum quisque a domino sibi dici pertimescat, quare tu luges cum ego abiecerim eum. Sed ne in abyssum desperationis corruas consuletur te quod dominum nostrum Iesum Christum uere misericordem propter lachrymas fidelium suorum eadem misericordiam moueri super te non desperas, qua filiam archisynagogi porrecta illi manu resuscitauit, & iuuenem resuscitatum matri uidue reddidit, & spiritu fremens & lachrymans: flentibus Martha & Maria, Lazarum qua triduanum & iam fetentem de monumento uocauit, & discipulis tuis ut eum soluerent & abire sinerent imperasti qui uiuis & regnas cun deo patre in unitate spiritussancti deus. In sæcula seculoꝝ.

¶ Deploratio peccatoris iam compuncti deique misericordiam flagitantis.

HEu mihi infœlix aĩa in tãtis peccatis, in tantis piculis criminũ, in tam multis iniquitatibus. Quid primum ploremꝰ Quid primum plangã? Quos luctus prius quas lachrimas sumã? Nõ sufficit referre memoria tantoꝝ criminum gesta. Peccata quoq; mea mihi sensum doloris tulerũt hebetudine cordis, coagulate sunt lachryme, obriguit animus, nullo merore cõpungit, aĩa mea in stuporem uersa est. Insensata facta est aĩa mea. O lachryme ubi uos seduxistis ubi estis fontes lachrymaꝝ, ubi es meroris unda, ubi estis lamenta? Redite obsero lachryme. Mouemini in me fontes lachrymaꝝ. Aspergite me fletibus fluite super faciem meam, humate maxillas meas, genas irrigate. Date mihi plãctum amarum. Inter omnes ego grauius corrui. Inter omnes deterius cecidi, omnium impiorum penas scelere meo ulci. Tartarea tormenta uix malis meis sufficiunt. Non est peccatum super peccatum meum, non est iniquitas super iniquitatem meam. Negoꝝ rẽ me cũctis iudico. Comparatiõe mea nullus iniquus est. Iuste penas debite infelicitatis ex-

tatis exoluo. Iuste tantis supplicijs contem tor, ex meo peccato mala mihi omnia ad/ uenerunt deus ista in me affligit. Iusto iudi cio rependit factis meis congrua uicissitu/ do, minus tamen retribuitur mihi quá ipse deliqui, peccatorum meorum minor uicis situdo rependitur. Plage mee culpa duri⸗ or inuenitur. Leuior est peccato meo pena dānationis. Grauius est quod cōmisi, leui⸗ us est quod tolero, granior est culpa quam feci, minor uindicta quam perfero. Penso malum quod gessi, non est tantum quod patior. Leuior ē pena mea pondere pecca/ torū meorū. Aliud est prorsus aliud quod amplius me affligit quod me magis con/ tristat, quod me magis perturbat, quod me magis terrificat, cui simile malum nullum est, incomparabilis est pena, quod omni/ bus penis antefertur, quod antecellit cuncta tormēta, quod exuperat omnia ma la, metuo diem iudicij, metuo diem tenebra rum. Diem amarum. Diem duram. Perpē do quidem malum quod tollero, sed am plius quod restat formido. Lugeo que in hac uita iam patior sed post hanc ne gra/

uiorem patiar ſcntentiam. Iam tollero in pe
na tormenta, tamen gehennam formido ex
culpa. Iam preſens, pena me laniat, ſed fu-
tura magis conturbat, grauia ſunt que ſu-
ſtineo, grauiora in perpetuum timeo. De p̄
ſentibus quidem penis doleo, ſed de futu-
ris amplius ingemiſco. Succurre mihi de-
us meus ante quam me tartara rapiant, an-
te quam flamma comburat, ante quam te-
nebre me inuoluant, ſubueni prius quam
ad tormenta properem, prius quam gehen
ne ignibus deuorer, prius, quam ſine ter-
mino crucier. Reus enim timore iudicij tui
terreor, pauore peccati in. Iram tuam formi
do, immanitate ſceleris. Examen tuum tre-
pidus coſcientia metuo. Si enim iuſtus, uix
ſaluabitur, ego impius ubi ero? Quid faci-
am dum uenerit tremendi formido iudicij?
Cum examen iudicij uenerit quid reſpon-
deam? Quid ero dicturus cum ante tribu-
nal Chriſti fuero preſentatus. Ve diem illū
quando peccaui. Ve diem illum quādo trā
ſgreſſus ſum. Ve diem illum quādo reper-
tus ſum, utinam non illuxiſſet mihi, utinā
non fuiſſet ortus ſuper me. Vtinam ſuper

me non apparuisset. O dies detestanda, o dies abominanda, o dies penitus nec dicenda qua me in hoc seculo protulit. Que mihi claustra partus aperuit. Que hortus mei hostia reseruauit. Dies illa a luce i tenebras permutetur. Profunda illam caligo cófundat, eterna illam cecitas obruat, amittat temporis statum, omni memoria extinguatur, nullis digna seclis memoretur. Melius mihi fuerat non esse ortum, melius non fuisse genitum, melius uō fuisse in secro procreatum quam eternos perpeti cruciatus, flete me cœlum & terra, lugete omnis creatura, plorate me omnia elementa, ingemiscite super me uniuersum genus, & quæ potestis uite sensus super me lamentū fundite, peccaui, enim crudeliter, lapsus sum fortiter, cecidi grauiter, corrui miserabiliter. Nullū inuenit peccatū cuius sordibus nō sin coinquinatus, nullus est morbus uitiox a quo nō cōtraxi cōtagiū, nulla sordiū sentina extitit q in me miserū nō cōfluxit. Probrosus sceleratus, flagitijs cūctis obrutus, innumerabiliter frequētaui impudicitiā editatis, ut bene uiuēs ultro promisi. Quod pollicitus

sum nunquam seruaui. Semper ad peccatū meum redij, semper delicta mea iteraui. Nūquam in melius mores mutaui, nunquam a malis factis recessi, plures prauis moribus ad iniquitatē cōuerti, scelere meo multe anime perierūt. Exemplis uite mee multi subuersi sunt. Ego multis causa malorū fui, per me multorum propositum maculatum est, per me nomen sanctitatis laceratū est. Orate pro me ad dominum uiri sancti. Obsecrate pro me plebs omnis sanctorum si forte misereatur mihi deus, si forte recipiat me, si forte deleat peccatum meum, si forte auferat iniquitatem, si misericordiam prestat mihi. Iratus est enim super me nimis, compleuit furorem suum in me, effudit iram indignationis sue super me propter multitudinem iniquitatis mee, quia creuerunt auersiones, quia multiplicate sunt preuaricationes. Ve mihi quia cōsumptus sum. Ve mihi quia deficit anima aflicta merore, contristata luctu, extenuata gemitu. Quis miserebitur tui anima? Quis consolabitur te? Quis dabit lamentum pro te? Magna est sicut mare contrictio tua. Afflictio

tua ſicut pelagus, dolor tuus quaſi fluctus tumens. Que tempeſtas nō ingruit ſuper te. Que procelle non acciderunt tibi? Plena eſt tempeſtatibus anima, omnes moles moleſtiarum, & omnes turbulentiſſime tēs peſtates ſuper caput tuum introierunt ubi es o cuſtos homniū? Cur ſpreuiſti me? Cur auertiſti faciem tuam a me? Vbi es anima redemptor? Vt quid longe factus es a me conſolator anime mee, Reuertere iam deus meus, non me obliuiſcaris in finem, nō me in perpetuum deſeras, non me ad perden dum in poteſtate demonum derelinquas. Licet offenſus ſis grauiter, tu autem clemēs pius tu multe miſeratiōis nullum relinqs, nullam recuſas animam, ſed ultro ferens clementiam, peccantes expectas ut redeant. Quanti ſcelerati, quanti luxurijs dediti, cō cupiſcentijs ſagnati, bonitate tua ad indul gentiam peruenerunt. Oſtende & in me cle mentiam tuam, pateat mihi uenia, pateat in dulgētia, non abneges uni quod plurimis cōtuliſti. Scelera mea non defendo peccata mea non uendico Diſplicet mihi quod feci diſplicet quod peccaui, Errorem confiteor,

culpam cognosco, uocem confessionis ap
perio. Suscipe queso uocem confitentis, at
tende uocem precantis, audi uocem pecca
toris clamãtis, peccaui Deus miserere mei,
peccaui, deus propitiare mihi. Parce malis
meis, ignosce peccatis meis, indulge scelerI
bus meis dele culpas meas gratia tua. Si
iniqtates recordaberis quis sustinet? Ad exa
men tuum nec iustitia iusti secura est, quis
enim iustus qui se audeat dicere sine pecca
to esse? quis presumat coram te aliquid de
iustitia? Nullus enim est mundus in conspe
ctu tuo. Ecce in'er sanctos nemo est imma
culatus, ecce qui seruierunt instabiles, & in
angelis reperta est prauitas. Stelle nõ sunt
munde coram te. Cœli non sunt mundi in
conspectu tuo quanto magis ego abhomi
nabilis & putredo & filius hominis uermis
& non homo? Qui hausi quasi gurges pec
catum, & bibi quasi aquas iniquitatem qui
commoror & qui habito in domo lutea.
Qui terrenum habeo fundamentum. Me
mento domine que sit mea substantia, me
mento quia terra sum. Memento quia cinis
& pulus sum, opera manum tuarum porri

ge dexterá. Consule infirme materie, succer re carnali fragilitatin. Infirmi conditioni pa teat regressus salutis, pateant uulnera mea. Coram te est egritudo mea, tu uides quan tum faucius sum & languidus. Medicinam qua saner tribue. Medelam qua curer impē de. Refice infectū uicijs, reforma corruptū peccatis. Extingue in me flammas concupi scentie, iacula ignita dyaboli me ultra non penetrent: non exardescant in me ulterius. Tu enim scis tētationes quas porto, tu scis fluctus quos patior, tu nosti tempestates quas tolliero, ubi lapsus sum, defluxus sū, ubi infelix demersus sim, tu scis. Incurri negligens in ruinam, corui incautus in tur pitudinis foueam, descendi in profundum malorum miser. Educe animam meam capti uam ab inferis, non me concludat profun dus, non mihi deneget exitum. Ecce dies metuendus iam imminet, iam dies ultimus appropinquat. Nihil supereſt mihi preter tumulum, nihil supereſt preter sepulchrū. Parce mihi antequam eam, munda me an tequam ab hac uita egrediar. Solue priusq; moriar meorum uincula peccatorum. Aīn.

¶ Item oratio sancti Augustini ad impetrā dam gratiam digne laudandi deum.

DEus uniuersitatis conditor, presta mihi primum ut te bene rogem, deinde ut me agam dignum quem liberes, postremo ut liberes. Deus per quem omnia quæ per se non essent tendunt in esse, deus qui ne id quidem quod se permit perire pmittis, deus qui de nihilo mundum iustū creasti, omnium quem oculi sentiunt pulcherrimum. Deus qui malum non facis esse ne pessimum fiat. Deus qui paucis ad id quod uere est refugiendum ostendis, malum nihil esse, Deus per quem uniuersitas etiam cum sinistra parte perfecta est, deus a quo dissonantia usq; in extremū nulla cum deteriora melioribus conuenit. Deus quem amat omne quod potest amare siue sciēs siue nesciens. Deus in quo sunt omnia, cuita mē uniuerse creature nec turpitudo turpis est, nec malitia nocet, nec error errat. Deus qui nisi mundos uerū scire uoluisti. Deus pater ueritatis pater sapientie pater uere sūmeq; uite, pater beatitudinis, pater boni & pulchri, pater intelligibilis lucis, pater cui

gilationis atq; illuminationis nostre pater pignoris quo admonemur redire ad te. Te inuoco deus ueritatis, a quo & per quē ue ra sun que uera sunt omnia. Deus sapien tie in quo & a quo & per quē sapiunt que sapiunt omnia, deus uera & summa uita in quo & a quo & per quem uiuunt que uere summeq; uiuunt omnia. Deus beatitudo i quo & a quo & per quem beata sunt que beata sunt omnia. Deus bonum & pulchrū in quo & a quo & p quem bona & pulchra sunt omnia, deus intelligibilis lux, in quo & a quo & per quem intelligibiliter lucēt, que intelligibiliter lucent omnia, deus cu ius regnum est totus mūdus quem sensus ignorat. Deus de cuius regno rex etiam in ista regna describitur. Deus a quo auerti ca dere in quem conuerti resurgere, in quo manere consistere est. Deus a quo exire est mori, in quem redire reu uiscere est, in quo habitare uiuere est. Deus quem nemo amit tit nisi deceptus, quem nemo querit nisi ad monitus, quem nemo inuenit nisi purga tus. Deus quem relinquere hoc est quod perire, quem attendere, hoc est quod ama

re quem uidere, hoc est quod habere Deus cui nos fides excitat, spes erigit, charitas iũgit. deus per quem uincimus inimicum. Te deprecor deus quem accepimus ne omnino periremus. Deus a quo ammo nemur ut uigilemus. Deus per quem a malis bona speramus. Deus per quem mala fugimus sed bona sequimur. deus per quem non cedimus aduersitatibus. deus per quẽ bene seruimus & bene dominamur. Deus per quem discimus alienam esse que aliquando nostra, & nostra esse que aliquando aliena putauimus. Deus quem malorum escis atque illecebris non heremus. Deus per quem nos res minute non minuunt. Deus per quem melius nostrum deteriorari subiectum non est deus per quem absorbetur mors in uictoria deus qui nos conuertis, deus qui nos ex eo quod non est exuis, & ex eo quod est induis. Deus qui nos exaudibiles facis. Deus qui nos inmunis Deus quinos in omnem ueritatem inducis. deus qui a nobis omnia bona loqueris, nec insanos facis, nec a quo quam fieri sinis. deus qui nos

reuocas in uiam. deus qui nos deducis ad
ianuam. Deus qui facis ut pulsantibus ape
riatur. Deus qui nobis das panem uite. De
us per quē sitimus potum, quo hausto nū
quam sitiamus. Deus qui arguis mundum
de peccato de iustitia & de iudicio Deus p
per quem nos non mouent qui minime re
dunt. Deus per quē improbamus eorum er
rorē qui animarum merita nulla esse apud
se putant. Deus per quem non seruimus
infirmis, & egenis elementis. Deus qui
nos purgas & ad diuina preparas pre-
mia. Adueni mihi propitius tu, quicquid
in me dictum est unus Deus tu. Tu ueni,
veni mihi in auxilium vita eterna, uera sub
stantia, ubi nulla discrepantia, nulla con-
fusio, nulla transitio, nulla indigentia, nul-
la mors, ubi summa concordia, summa eui
dentia, summa constantia, summa plenitus
dio, summa uita, ubi nihil deest. Ni-
hil redundat, ubi qui gignit & quem gi-
gnit unum sunt. Cui seruiunt omnia
que seruinnt. Cui obtemperat omnis bo-
na anima. Cuius legibus rotātur poli Cur
sus suos sydera peragunt. Sol exercet

diem, luna temperat nocte. Omnisq; mundus per dies uicissitudine lucis ac noctis p menses crementis decrementisq; lunarib⁹ per annos ueris, estatis, autūni, & hyemis successionibus per lustra perfectione cursus solaris, per magnos orbes recursu in ortus suos syderum magnam rerum constantiam quantum sensibilis materia patitur tempor⁹ ordinibus replicationibusq; custodit. Cuius legibus in euo stantibus motus instabilis rerum mutabilium perturbatus esse nō finitur, in freniscq; circūeuntium seculorum semper ad similitudinē stabilitatis reuocatur. Cuius legibus arbitrium anime liberum est, bonisq; premia & malis pene fixis per omnia necessitatibus distribute sunt. A quo manant usq; ad nos omnia bona, a quo coercentur usq; ad nos omnia mala, supra quem nihil. Sine quo nihil est, sub quo totum, in quo totum est. Qui fecisti hominem ad imaginem & similitudinem tuam, quod per seipse nouit agnoscit. Exaudi, exaudi, exaudi me deus meus. Domine meus, rex meus, pater meus causa mea, spes mea, res mea ho-

nor meus, domus mea, patria mea, salus mea, uita mea. Exaudi, exaudi, exaudi me more tuo paucis notissimo. Iam te solum amo, te solum sequor: te solum quero, tibi soli seruire paratus sum, quia tu solus iuste dominaris, tui iuris esse cupio. Iube queso atq; impera quicquid uis sed sana & aperi aures meas quibus uoces tuas audiam. Sana & aperi oculos meos quibus nutus tuos uideam. Expelle a me insaniam, ut te recognoscam. Dic mihi qua attendam ut aspiciam te, & omnia me spero que iusseris facturum. Recipe oro fugitiuum tuum domine clementissime. Iam iam satis penarum dederim, satis inimitis tuis quos tu sub pedibus habes seruierim, satis fuerim fallaciarum ludibrium. Accipe me ab istis fugientem famulum tuum, quia & ista me quando a te fugiebam acceperunt alienum. Ad te mihi redeundum esse sentio, pateat mihi pulsanti ianua tua. Quomodo ad te perueniatur doce me. Nihil aliud habeo quam uoluntatem. Nihil aliud scio nisi fluxa & caduca spernenda esse, certa & eterna re-

mentiam tuam ut me penitus ad te conuertas, nihilq; mihi repugnare facias tendenti ad te. Iubeasq; me dum hoc ipsum corpus ago atq; porto, purum magnanimum iustum' prudētemq; esse perfectiorem amatoremq; perceptoremq; sapientemq;, & sapientie tue dignam habitationem, atq; habitatorem regni tui cum Abraam, Isac, Iacob, ceterisq; patriarchis prophetis, & apostolis tuis: atq; oibus sanctis & electis tuis.

¶ Item alia oratio ut supra ad impetrandū ueniam peccatorum & gratiam dei.

DEus iusticie, deus misericordie, deus īuisibilis, deus incomprehensibilis, deus inenarrabilis, eterne perpetue, benedicte, amande, metuende, ab omni creatura colende. Deus cuius omnia, in quo omnia, sub quo omnia, per quem omnia sunt, te per immensam tue maiestatis clementiam & per omnium sanctorum tuorum gloriā deprecor, parce anime mee, parce malis meis: parce inenarrabilibus crimnibus meis uisita infirmū: cura egrotū: uisita lāguidū sana turbatū: da cor qđ te timeat. sensū q; ītelligat: aures q; uocē tuā audiāt, oculos men

tis qui te uideant da scintillam sapientie tue, que mihi iustificationum tuarum iter ostendat, & a foueis inimicis meis declinare doceat. Miserere mei deus, parce mihi, quia peccaui tibi, & propter duritiam cordis mei in ipsam peccatorum meorū mortem percurro. Ego enim ore, ego corde, ego omnibus iniquitatibus coinquinatus sum, & ab omnibus sceleribus cooptus sum. Veniam peto quia reum me cognosco. Scelera mea tibi confiteor, quia te latere non possunt. Tu enim es scrutator cordis, & renum, tibi abscondita reuellantur, & scelera patefiunt. Miserere mei deus, domine ne me perire patiaris, ne me sinas eternis inuolui tenebris, & perpetua morte perfungi. Aufer a corde meo sensum alienum cura in me stuporem mentis, extirpa de uisceribus meis consilia iniquitatis, erade de lingua mea detrahendi consuetudinem, mentiendi fallacitatem, scurrilitatem & omnes actus uanitatis mee. Arte medicine tue sana, & circuncide in me uitia cordis & corporis mei. Miserere mei deus, quia tu nosti facta mea. Tu scis transgressionem

sionem meam: quam si in iudicio punire uoluisses mea miseria non subsisteret. Sed quia tanta est clementia tua: ut nullum uelis perire: sed omnes ad penitentiam reuerti desideras. Da possibilitatem quod bonū est opandi: ut non sit hoc indulgentiæ tue tempus quod nobis largiri pro tua pietate es dignatus infructuosum. Miserere mei deus: domine ne despicias neq; auertas faciem tuam a me: quia nō propter iusticiam meam peto misericordiā tuam: sed ꝓpter magnam clementiam tuam Respice in me domine de sede maiestatis tue: & tenebras cordis mei radio tui splēdoris expelle. Protege me domine scuto ueritatis & fidei tue: ut me dyaboli iacula non penetrent. Q uic quid enim illud est quod ifelicitas mea de te petere aut non presumit: aut non sapit: hoc tu pro tua pietate tribue: per quod anima mea a morte saluetur. Cūque uite meę terminum fieri iusseris: manum misericordie tue porrige: & lumen eterne claritatis ostende. Q ui ui. & regn. &c.

¶ Itē ꝓfessio peccatoꝝ eiusdē beati Augu.

MIserator & misericors magne & terribilis deus: tibi confiteor delicta mea

tibí patefacio uulnera mea : tu propter ineſtabilem bonitatem tuam confer mihi miſero medicinam. Tu enim mitiſſime dignatus es dicere : nolo mortem peccatoris : ſed ut conuertatur & uiuat. Confiteor : quia iniqua eſt & peruerſa in conſpectu tuo uita mea : lapſa eſt in lacum miſeríe uita mea extincta eſt in iniqtatibus meis anima mea. Libido : delectatio praua: opera nepharia : ira : ſuperbia : impatientia : malitia : inuidia : gula : ebrietas: furtum : rapina:mendacium:periurium:ſcurrilitas : ſtultiloquium : murmuratio : detractio : ignorantia:infidelitas:diffidentia: mandatorum dei negligentia : ſeu cætere peſtes occiderunt animam meam. Pollutum eſt cor meum & labia mea. Viſus auditus guſtus odoratus : & tactus eneruauerunt in peccatis animam meam : & omni modo cogitatione ſiue actione perditus ſum. Quæſo Domine deus cuius miſeratio non habet finem attrahe me ad te ſicut attraxiſti mulierem peccatricem. Sicut donaſti illi non ceſſare oſculari pedes tuos rigare lachrymis & extergere capillis. Sic mihi clementer concedere dignare ut ſe

cundum magnitudinem iniquitatum mea rum sit magna dilectio tua in me ut propter immensam pietatem tuam omnia dimittas peccata. Largire mihi de præteritis malis ueniam: de presentibus continẽtiam: de futuris cautelam. Fac me priusquam moriar consequi plenissime misericordiam tuam: & ne dies meos ante finiri sinas quam peccata dimittas. Sed sicut uis & scis miserere mei serui tui ad te clamantis. Amen.

¶ Item alia confessio, unde ut supra habetur.

DOmine Iesu Christe qui in hunc mũdum propter nos peccatores de sinu patris aduenisti ut de Adæ peccato nos redimeres: quia scio & credo te uon propter iustos: sed propter peccatores in terra habitasse. Exaudi me deus, meus peccatorem culpabilem, & indignum. & negligentem, & obnoxium. Tibi confiteor omnia peccata mea, omnia mala mea: & quicquid in hoc sæculo deliqui de factis de iniquis cogitationibus, de omnibus malis meis ueniam peto. Erraui, non te tamen negaui: quia scio & credo,

quia tu pius es. Indulge mihi Christe te laudo te magnifico te glorifico trinitas sancta Tibi gratias ago in omnibus infirmitatibus meis quia non habeo in alium spem nisi in te deus meus. Ad portum ecclesiæ tue confugio & ad pignora sanctorum tuorum prostratus indulgentiam peto. Præcor & supplico tibi domine ut me custodias pro tua magna misericordia & propriestate tua usque in finem meum. Et in illa hora tremenda: quando anima mea assumenda erit de corpore meo: prestes mihi rectũ sensum: & rectam fidem mihi concedere digneris Christe omnipotens deus. Domine deus omnipotens exaudi me ut animam meam liberare digneris de inferno inferiori. Deus omnipotens libera me de uerme immortali & eterno. Deus omnipotens, libera me de manibus inimicorum. Deus omnipotẽs libera me de tormentis impiorum. Deus omnipotens libera me de angustia eternali Deus omnipotens libera me de omnibus malis. Deus omnipotens liberare dignare animam meam de tenebris exterioribus; quia in te confido CHRSTE: quia opus manuum tuarum sum ego: ne despitias.

Rogo ſanctam ac beatiſſimam Mariam: omnes ſanctos Angelos tuos deprecor. Rogo uigintiquatuor ſeniores: omnibus patriarchis & prophetis ſupplico omnes apoſtolos tuos & martyres & confeſſores tuos & uirgines rogo omnes ſanctos tuos & electos inuoco in auxilium mihi: ut in illa hora: quando anima mea egreſſa de corpore fuerit: ſuis precibus me adiuuēt. Tibi ergo ſupplico & te deprecor ſanctæ Michael archāgele: qui ſuper animas accipiendas accepiſti poteſtatem: ut animam meam ſuſcipere digneris: quando de corpore erit egreſſa & liberes eam de poteſtate inimici: ut pertranſire poſſit portas inferiorum & tenebrarum: ut ſe non opponat leo uel draco: qui conſuetus eſt animas in inferno recipere: & in eterna tormenta perducere. Te deprecor ſancte Petre princeps Apoſtolorum: qui claues regni cælorum ligandi ſoluendique accepiſti poteſtatem ut portas paradiſi mihi aperire digneris. Domine IESV CHRISTE fili ſanctæ MARIÆ preces fundo tibi: ut habeas de anima mea pietatem & miſericordiam: quia in te ſperaui. CHRISTE redem-

ptor quando accusatus fuero ut sim expel lendus a facie tua auxiliator sis mihi. Et quia non mereor coronam: uel ueniam mihi concedere digneris. Trinitas sancta exaudi me domine. tu es Deus meus ue; rus: tu es pater meus sanctus. tu es Deus meus pius. tu es uulnerum meorum me; dicina potentissima. tu es panis meus ui; uus. tu es misericordia mihi magna. Tu es redemptio mea sancta. Tu es spes mea futura. Tu es custodia mihi aduersus dya bolicos incursus. Te deprecor tibi sup; plico ut per te ambulem: ut ad te perue; niam: & in te requiescam; & ad te resur; gam. Exaudi me Domine: memento domine sicut iurasti patribus nostris: ut auertas iram tuam a me famulo tuo. Amen.

¶ Sequitur oratio beati Gregorij Papę pro fine bono impetrando & gratia lachryma rum pro peccatis.

DOmine exaudi orationem meam: quia iam cognosco tempus meum prope esse. Præsta mihi Domine sapientiam & intellectum: & illumina cor meum ut cos

gno ſcam te omnibus diebus uitæ meæ: quia tu es Deus & non eſt alius præter te niſi tu ſolus qui deſcendiſti de cœlo & illuminaſti MARIAM de ſpirituſſancto. Te ergo præcor domine ut illumines cor meum: quia peccata mea innumerabilia ſunt ualde. Præſta mihi domine ut illa merear delere per fidem & ueritatem: & per tuum nomen mirabile. Et in quacunque die inuocauero te exaudire me digneris uelociter ſicut exaudiſti thobiam & ſaram. Effunde mihi lachrymas: quia obdurata eſt cor meum quaſi petra. Peccaui domine: peccaui nimis in uita mea. Omnes iniquitates meas ego cognoſco. Te peto domine: tibi clamo clamore magno: tu porrige dexteram tuam: & libera me de aduerſario meo ſicut liberaſti tres pueros de camino ignis ardentis. Sydrac miſac & abdenago. Ergo te præcor domine Deus rex cœleſtis patientiam præſta mihi & continentiam: charitatem & humilitatem: fidem: & ueritatem: ut merear perſeuerare in operibus bonis. Fac cor meum ꝑſiderare ꝗcꝗd de malo locutus ſum aut cogitaui aut feci a iuu ẽtute mea. Et iõ

deprecor te Domine ut mihi in auxilium mittere digneris sanctos angelos tuos & apostolos martyres & confessores & quat tuor Euangelistas. Precor sanctam MA RIAM matrem domini & sanctas uirgi nes & uiduas: ut me exaudiant & presentent mihi ad uiam ueritatis uenire. Peccaui do mine peccaui in homine: quanto magis in te deus meus: ita ut non sit numerus opes rum malorum que operatus sum a iuuen tute mea. Et te peto deus meus IESV Chri ste qui me dignatus fuisti redimere cum tuo sanguine & posuisti te in ligno pro me indigno & peccatore non pro meis me ritis: sed pro tua magna misericordia: ut tu me eripere digneris: ne intrem in il lum locum pessimum: qui semp er est sine refrigerio & sine splendore & sine dulce dine: & erit sine fine: quia non infernus confitebitur tibi: neque mors laudabit te. Miserere mei domine & exaudi me speran tem in te: sicut exaudisti MARIAM & Martham quando suscitasti Lazarum. ita te deprecor domine ut rescuscites me de morte: ut merear esse ad dexteram tuam: & audire uocem tuam dicentum. Venite

benedicti patris mei. & sis mihi mitis sicut fuisti meretrici in domo Symõis leprosi. & infunde oculis meis lachrymas sicut infudisti & quando pedes tuos lauit. cum lachrymis crinibus tersit: & dimisisti eam in pace. Te deprecor domine omnipotens ut dimittas mihi omnia peccata mea antequam moriar: ut non gaudeat inimicus meus super me. Te deprecor domine sancte Petre qui tenes claues regni cœlorum: ut me absoluas sup terram. Et da mihi domine IESV CHRISTE fortitudinem de cœlo ut vincam dyabolum uigilantem & dimicantem contra me. Prœcor omnes martyres & omnes cõfessores & omnes uirgines ut intercedant pro me misero. Et inuoco illos qui ad te die ac not te non cessant clamare dicentes: Sanctus Sanctus Sanctus: ut orent pro me: ut merear supare omnes iniquitates meas quas commisi ab ineunte etate usque in presentem diem. Nunc exoro dominum IESVM CHRISTVM ut ille misericors exaudiat precem meam. Qui uiuit & regnat deus per omnia secula secu.

¶ Sequũtur aliq; orationes deuote ad om;

nes ſanctos & ſanctas dei quæ etſi uero re pugnent ordini: tamen ne omnino præter mittantur hic ſunt inſerte.

SAlue imperatrix glorioſiſſima peccatri cis animæ meæ ſpes tutiſſima dei geni trix uirgo Maria. Tu poſt deum præcipu um & maximum meum es refugium & gaudium. Salue cœleſtis palatij princeps Michael angele dei bone. & omnis bea torum Angelorum militia qui per tot an norum milia domino noſtro noua ſemper præciniſtis cantica. Salue fatum maxime Ioannes baptiſta amice Chriſti ſanctiſſime & omnis cetus beatorum patriarcharum & prophetarum, ad quos repromiſſio facta eſt de Chriſto benedicto filio dei. Salue ſin gularis & unice Ieſu CHRISTI chariſſime Ioannes Apoſtole & Euangeliſta egregie & omnis Apoſtolorum & euangeliſtarum ſenatus: qui Chriſti geſta inſignia uidere meruiſtis & conſcribere. Salue athleta in clyte prothomartyr dei Stephane & om nis ſanctorum martyrum turba rubricata & roſea: quos adornauit CHRISTVS flos honoris ſuo præciſſimo ſanguine. Salue pater & dux inclyte Gregori imita

tor CHRISTI felicissime & omnis sanctorum confessorum splendens chorus qui domino deo nostro uita placuisti & moribus. Salue sponsa summi regis Maria Magdalena: & omnis uirginum ac mulierum honesta caterua: quæ CHRISTVM sponsum elegantissimum speciali modulo meruistis prosequi. Salue tota cœlestis patriæ curia & regia dignitas: omnium sanctorum beata communitas de torrẽte diuinitatis satiata & inebriata felix & iocunda ac in eternum benedicta. O sancta Maria: & omnes sancti & electi dei nunc & in hora mortis meæ: mihi misero succurrite: & domninum Deum nostrum uestris meritis & præcibus mihi propitium facite. Tu ergo o uirginea mater: cui iure maternitatis incumbit omnis exequiarum mearum apparatus: accedens ad illud supercœleste sacrarium semper uenerande trinitatis: offer ergo pro me nunc & in hora mortis meæ quicquid uirtutum & gratiaꝝ ab hora ꝯceptionis tue usque ad horã assumptiõisin te rex glorię tãꝫ ꝑseruatissimo thesauro suo dignat'ẽ ꝑseruare. Tu ẽt beatoꝝ angeloꝝ militia: offer ꝓ me nũc & in

hora mortis mee constantiam purissimam qua cum DEO nostro permansistis: & felicem innocentiam in qua per ipsum confirmati estis. Tu quoque patriarcharum & prophetarum cetus offer pro me nunc & in hora mortis mee merita fidei & desiderioru quibus CHRISTVM dei filium repromissum constanter expectatis. Tu quoque senatus Apostolorum & Euangelistarum offer pro me nunc & in hora mortis mee merita felicissime cum Christo adherentie: familiaris amicitie: & fidelis perseuerantie. Tu hinc o rosea martyrum turba offer pro me nunc & in hora mortis mee merita fideliatum constantie & precioſi sanguinis cū sanguine immaculati agni p omnium salute effusi. Tu deinde splēdens pfessorum chorus offer pro me nūc & in hora mortis meæ merita deuotionum studiorum exercitationum & uirtutum omnium: in quibus domino DEO nostro placere meruistis. Tu insuper honesta uirginum & mulierum caterua offer pro me nunc & in hora mortis meæ cordis munditiam qua DEO spretis mundi delicijs & corporis uoluptatibus

placuistis. Postremo omnes uos sancti & electi dei offerte pro me nunc & in hora mortis meæ merita electionis uestre & omnium donorum & gratiarum quibus quilibet uestrum se gaudet a domino deo remuneratum: & obtinete mihi precibus uestris in hoc ipso tempore: quo in hoc moror corpusculo exercerì in operibus & uirtutibus illis: quibus quilibet uestrum cognoscant se in hac uita in laudem dei mei & domini nostri precipue fuisse lucratum.

Item alia oratio de eisdem.

SAncta Maria mater misericordie pijssima ora pro me ad dominum: ut me a uitijs euacuet & uirtutibus corroboret: a malis eruat: & bonis gaudere faciat: & cuz finis uite meæ venerit: mihi assiste: ut per te defensus ad patriam letus ualeam peruenire. O sancti angelì præclarum opus dei orate pro me ad dominum ut mereamur in periculo protegi: & ab omni crimine tutari a suo amore & beato proposito nulla unquam malitia reuocari: sed usque in finem in suo sancto seruitio cõseruari: & ab eo nunquam separari. O sancti patriarche

& prophete organa ſpirituſſancti orate pro me ad dominum: ut per magnanimitatem ueſtre fidei qua nos in futura gratia fiducialiter fecit exultare: fidem rectam & fœlicem conſumationem. Hicq; & in eternum exultationem in domino valeam obtinere. O ſancti Apoſtoli & Euangeliſtæ: ſpeciales amici IESV CHRISTI orate pro me ad dominum: ut charitatem quam pater in proprio filio ſuo notam facere uoluit. Et idem filius uobis peculiariter commendauit merear amplecti: & eam ac uirtutes cæteras p̄ poſſe imitari. O ſancti martyres milites regis æterni orate pro me ad dominum ut in feruore ſanctæ charitatis ueſtra ſequens ueſtigia cuncta: huius uitæ diſcrimina valeam uiriliter calcare: & ad eum quem leto aſpectu intuemini noſtri laboris præmium feliciter peruenire. O ſancti confeſſores ſydera cœleſtis firmamēti orate pro me ad dominum ut tenebras peccatoq; effugere: & ad uirtutum exercitia proficere ualeam, ac ueram contritionem puram confeſſionem: & dignos fructus penitentiæ gratiarumq; & conſolationem ſancti ſpiritus impetrare. O ſanctæ uirgis

nes ac mulieres cordis & corporis mu ditia florentes : orate pro me ad dominum ut castitatem mentis & corporis mihi tri: buat: & omnibus sanctis uirtutibus & bo nis operibus incessanter proficere faciat: ac ipsi soli placere totoque corde & corpore deseruire. O sancti & electi dei omnes in quocunque ordine deuoti orate pro me ad dominū : ut uestris meritis & præcibus ad iutus merear omnium peccatorum confes qui ueniā & multiplices laqueos inimicis supare: ac felicíter ꝑsummatus mortē euat dere: & ad uitam puenire sempiternam.

¶ Modus confitendi optímus & compen: diosus: siue generalis confessio edita per re uerendum in CHRISTO patrem & domi num: dominum Andream hyspanum san ctæ Romane Ecclesiæ penitentiarium: epi: scopum Ciuitatēn. qui dici potest speculū ꝑfitentium: eo ꝙ quiuis confiteri volens si primitus hanc confessionem gñalem dilis gēter inspexerit; quasi i speculo omnia sua peccata uidebit.

¶ Incipit prologus.

QVoniam omni confitenti necessarium est hanc generalem confessionem di

cere & facere: cuius tanta virtus secundū Magistrum sententiarum lib. 3. di. 21. cap. 5. ꝙ innumerabilia venialia peccata delet. Mortalia uero & criminalia: quorum non recordaris tollit. Peccata uero quæ fecisti ad memoriam reducit. Et ideo ad utilitatē mihi confitentium: ego magister Andreas hyspanus Romane ecclesiæ penitentiarius olim Ciuitatensis & Aiacensis: nunc uero Megarensis uocatus episcopus: ordinis sancti Benedicti requisitus per mihi confitentes hāc generalem confessionem que ꝙ si omnia peccata continet ex multis sanctorum patrum dictis collegi verbis breuioribus quam potui: qa diffusius in mea maiori confessione processi.

Incipit confessio.

FActo igitur signo sanctæ crucis ante omnia dic primo. Ego reus & peccator maximus confiteor deo omnipotenti & beate Mariæ semper uirgini & omnibus sanctis & tibi patri meo spirituali: quia peccaui nimis ab hora qua incepi peccare usque in pñtem diem mortaliter: criminaltier: uenialiter: cogitatione: consenu: delectatione: deliberatione: consilio locutione: uisu:

uerbo:omissione:& opere contra deum patrem omnipotentem:per naturæ infirmitatem:contra filium dei per animæ ignorantiam & cecitatem:cõtra spiritum sanctum per malitiam & obstinationem:desperationem:& uoluntariam peccandi consuetudinem tam cupiditate & amore inordinato quam timore seruili & mundano: per impugnationem ueritatis agnite:ac inuidentiam charitatis fraterne:& propositum nõ penitendi. Et confiteor me peccasse contra deum meum tam cogitatione & locutione quam opere & omissione.

¶ De cogitatione.

PRimo peccaui cogitatione:quia carnis delicias:gulas:luxurias seculi pompas honores et diuitias habere cogitaui & multum concupiui:ac turpibus cogitatiõibus consensi:& tam impressam imaginationem in eis habui & delectatiõem quod multas meas cogitationes opere perfecissem nisi timor & uerecundia mundi me retraxisset. Corde & animo horas meas non dixi: nec deũ laudaui:nec de ipso aut futuro seculo seu die iudicij cogitaui:immo tentationes diaboli & mundi uolũtarie: suscepi: & eis

consensi. Vindictas desideraui, & amicitias simulaui in meis necessitatibus patientiam non habui, in affectum cordis transiui, & opere perfeci, quæcunq; prius cogitata facere potui. Qualitercunq; cogitatione peccaui, reddo me culpabilem, & dico meam culpam.

¶ De locutione.

SEcundo, pater peccaui in locutione, qz sepius superflue & inepte locutus sum Deum meum & sanctos eius blasphemaui & deum de suis operibus reprehendi peccata mea propria defendi & excusaui in uanum iuraui, superioribus & meis proximis detraxi, & contra eos murmuraui, eorum uitã & opera sinistre iudicaui, & eos diffamaui, iurata & promissa non seruaui, sed sæpe peieraui & periuraui, & multos decepi uerbis, testimonium falsum dixi, pernicioſe mentitus sum, propinquis & familiaribus meis maledixi & eos uituperaui & scandalizaui, maioribus, adulatus fui, & cum uerbis ac mendaciis eorum amorem procuraui, contentiones & litigiosas causas procuraui & discordias semina ui, male cõsului & bilinguis fui, meipsum

laudaui, & secreta reuelaui. īdiscretus fui, & uota honesta non impleui, dissolutus in risu fui, & in risu cachinos & cātilenas de aliis feci: ꝟba scurrilia & turpia dixi, & pfi dus in uerbis extiti, uerba dei tacui, n ō do cui, nō correxi ꝓximos, horas meas debi te nō legi, nec confessus fui: non communi caui, nec deo meo de beneficiis acceptis ma ne die ac nocte gratias reddidi, nec alia san cta officia lingue exercui. sed eam ad om nia uitiosa uerba laxaui. Q ualiter cōq; ego locutione peccaui reddo me culpabilem, & dico meam culpam.

¶ De septem peccatis mortalibus, & de pec catis operis. Et primo, de superbia.

TErtio, pater peccaui opere & actione multipliciter. Et primo, confiteor me peccasse contra deum meum & proximum & septem peccata mortalia commisisse. su perbiam enim commisi: quia singulari ex cellentia aliis præesse uolui, pomposus, & præsumptuosus fui in meis operibus: sem p uanā gloriam quæsiui, & habui: de diuitiis & honoribus: de genere, nobilitate, & cor poris pulchritudine me iactaui: & cā ipso:

rum aliis dominari uolui: inobediens prelatis extiti. Censuras ecclesie & synodorū non curaui: hypocrita fui: rebellis & obstinatus in consuetudine peccandi: confiteri & penitere seu comunicare nolui. Parentes proximos & inferiores despexi: & meos familiares & amicos uerbis superbis a me effugaui. Curiosus & leuis in uerbis meis & dissolutus in risu extiti: singularis esse uerbis: & factis decreui. propriam uoluntatem semper implere uolui pecata propria excusaui & defendi: cito credidi: & ingratus deo & hoibus de beneficiis extiti.

¶ De auaritia.

ITē peccaui in pecato cupiditatis et auaritie. quia inordinate diuitias: honores: pecunias: & beneficia concupiui & amaui. Res alienas abstuli & retinui iniuste & dissipaui. Parcus mihi in necessariorum exhibitione: & proximo in elemosynarum largitione fui: propter pecunias: honores: & beneficia multa falsa testimonia: falsas literas: proditiones: adulteria: proximorum damna usuras: symonias: deceptiōes: fraudes: rapinas: furta: mendacia causas litis

giosas, iniustas & iniquas sentẽtias officia tyrannica, mercantias, & aduocationes causarum siniſtrarũ ac procurationes, falsos teſtes falsas litteras, peruersorum & ꝑsanguineoꝝ promotiõesin dei ecclesia, ludos fortuitos & falsa iuramẽta dixi feci & procurauí.

¶ De luxuria.

ITem peccaui in pecato fornicationis, & luxurie: quia deleſtatione & cogitatione gule & luxurie, corporis, pollutẽes in corpore meo habui, uerbis luxurioſis, tactib' amplexibus & oſculis, aliquando actibus inhoneſtis, mulieres turpiter cognoui & dilexi, & ſi non opere, tamen mente, adulterium inceſtum raptum & pecatum contra naturam facere & exercere deſideraui.

¶ De inuidias.

ITẽ peccaui in pecato in uidie. Nã honorem & famam ac promotionẽ proximi propter inuidiam deſtruere & impedire ꝑcuraui, & de eius damno & nortuniis gauisus fui, & de eius proſperitate ualde dolui & eum depreſſi inquantum potui.

¶ De gula.

ITem peccaui in peccato gulæ: quia ho ram comœdendi & bibendi ſemper præ ueni. ſine ſiti & fame comœdi & bibi. & ebrietate me repleui. cibum & potum aui de ſumpſi. & frequenter comœdi in die & bibi. ſumptuoſa cibaria & pocula ad dele ctationem carnis procuraui. tabernas fre quentaui. & in ſaporibus ciborum & po tuum delectatus fui. ieiunia eccleſiæ & re gularia ſæpius fregi. & cibaria prohibita ſumpſi.

¶ De ira.

ITem peccaui in peccato iræ. nam meis proximis & ſubditis ſine cauſa iratus fui. propter iram me uindicaui. & iniurias mihi illatas ſuſtinere nolui. cum ira deum meum blaſphemaui. homines uituperaui. & nocere proximo in perſona & in rebus deliberaui. rancorem cordis ſeruaui. & ti morem mentis præ ira habui. clamores fe ci. diſcordias ſeminaui. & ueniam mihi pe tentibus non peperci.

¶ De accidia.

ITem peccaui in peccato accidię. nam bo na quæ tenebar facere non feci, nec pcu: raui. mala autem quæ tenebar fugere non

fugi, sed plus ad illa cucurri, & opere compleui. panem meum laboribus non qnæsiui. tardus ac longus ad confitendum & pœnitendum de peccatis fui. pœnitẽtiam mihi datam. & uota promissa uel inchoata nón compleui. opus dei negligenter feci. remissus in dicendo officium diuinum, & in faciendo dei seruitium fui, uel inuitus feci. ignauia mea et incuria res meas deturpaui. in horis ac diuinis officijs nullam deuotionem habui. et si aliquando feci quid bonum, illud cum tristitia et uerecundia ac uana gloria peregi. desistere me posse a peccatis pœnitus me desperaui. et indiscreto feruore deo seruiendi tantum corpus meum exterminaui et extenuaui, ꝙ sibi seruire, ut tenebar, postmodum non potui. ad consuetam uitam peruersam declinaui. uota promissa nõ compleui, nec ieiunia ecclesię. qualiter cũq; i his septem peccatis mortalibus aut aliquo eoꝝ, siue in aliquibus circunstãtijs ipsoꝝ peccaui. dico meam culpam &c.

¶ De decem præceptis legis.

QVarto, peccaui opatione, qa decem præcepta dei mei trãsgressus fui, opere et uoluntate.

PRimo deum meum ex toto corde me non dilexi nō timui nō adoraui: nec firmam fidem & ſpem de ipſo & in ipſo habui ; quin potius diuinis auguriis ſortilegiis ; & incantationibus : hereſibus & falſis doctrinis magis quam deo meo & ſcripturis ſacris fidem dedi ; acmagis de eis confiſus fui.

¶ De ſecundo precepto.

SEcundo peccaui quia nomen dei mei in uanum aſſumpſi per os meum. pro nulla uel modica re deum meum periuraui & frequenter ſine cauſa iuramenta falſa pronunciaui: & ſuper euangelia iuraui ſine neceſſitate: ſimplici uerbo credere nolui: & p membra humana dei iuraui: & deū & ſanctos eius negaui atq; blaſphemaui.

¶ De tertio precepto.

TErtio peccaui. Nam diem dominicam ac feſtiuitates eccleſie cum orationibus miſſis & p̄dicationibus & elemoſynis non ſanctificaui ; ſed illis diebus debitores meos repetij: & ſolui mihi debita procurau: familiam meam laborare feci: temporalibus uacaui & mundi gaudiis crapulis &

luxuriosis actibus magis diebus illis festi uis me dedi quam alijs diebus.

¶ De quarto precepto:

QVarto peccaui. Nam patrem & matrem meam corporales non honoraui. nec eis necessitatibus subueni: sed eos ad iram prouocaui: prelatis & patribus meis spiritualibus & matri mee sancte ecclesie debitas reuerentias non feci, nec eorum precepta & censuras curaui immo in contemptum clauium ecclesiæ cum excommunicatis scismaticis & hereticis participaui. & decimas quas ecclesiæ tenebar dare integre non dedi.

¶ De quinto precepto.

QVinto peccaui. Nam proximum meum licet non actu tamen animo & uoluntate occidere uoluntarie ac in persona & in rebus ledere concupiui: manus uiolentas in eum posui & ponere decreui uel poni procuraui.

¶ De sexto precepto.

SExto peccaui erga mulieres ꝑiugatas. Nā adulteriū cū eis cōmittere optaui: & bis ꝑmissis & mūeribus ad adulterādū eas ꝑuocaui, i diuersis cogitatiōb' & actibus

per adulterium me coinquinui.

¶ De septimo p æcepto.

SEptimo peccaui. Nam res alienas iniuste de locis sacris & non sacris abstuli: & officium ad recipiendum bona pauperũ procuraui & res inuenta s& alienas dominis suis nõ reddidi patrimonium crucifixi non debite expendidi: nec per me ablatum uel furatum aut inuentum unquam restituí nec uo lũtates ultimas defunctoꝝ &c.

¶ De octauo præcepto.

OCtauo peccaui contra proximum meum. ex malitia publice & occulte: falsum testimonium. falsas scripturas: falsos testes contra eum procuraui: & detraxi. & eius uitam & mores quantũ potui denigraui & uituperaui: derisiones maledictiones contra eum protuli & scandala procuraui.

¶ De nono præcepto.

NOno peccaui. Nam proximi mei uxorem & consanguineam & sanctimonialem aut infidelem uel iudæam desideraui. & in eius pulchritudine gauisus fui & ad eam uidendam cucurri: & eam habere quocunque modo desideraui.

¶ De decimo præcepto

DEcimo peccaui. Nam uineas agros domos beneficia & bona mei ꝓximi per dolos fraudes uiolẽtias & deceptiones habere ꝓcupiui, & ꝓtra eũ cauſas iniuſtas & litigioſas moui, uerbis & factis q̃tum potui ꝓp illa laboraui rebus ſuis iniuſte priuaui & priuare ſtudui. i his oibus dico meã culpam. & reddo me de omnibus &c.

¶ De peccatis quinq; ſenſuum & omnium membrorum corporis.

QVito ꝓter peccaui opatione ꝓtra deũ cũ oibus meis mẽbris & ſenſibus mei corpis. Capillos meos & ſupcilia mea ſepius ꝓ ſupbiã ordinaui. nã cũ meo capite deo & meis maioribus reuerẽtiã nõ feci. Itẽ collũ meũ ad obediẽtiã iclinare nolui. Itẽ aures ad audiẽdũ luxurioſa ꝟba detractiões: cãt' & iſtrumẽta muſicalia dedi: Itẽ oculos meos coloribus deturpaui: & ipudice cũ eius multas mulieres ac uanitates mũdi reſpexi. Itẽ nares meas odoribus ꝓuocãtibus aduanã gloriã & luxuriã ordinaui. Itẽ os meũ ad loquendum mendacia blaſphemias iniurias deputaui. Item linguam meam ad guſtandum ſuauia & loquendum mẽdacia & ordinaui. Item gutt

meum crapula & ebrietate repleui. Item manibus meis aliena rapui. & turpiter cū eis corpus meum & alia membra mea ad generationem deputata. seu etiam mulierū & puellarum impudice fornicationibus maculaui. Item uentrem meum luxurie & ebrietatibus dedi. Item in lumbis meis ardorem libidinis exoptaui. Item in corde meo uarias cogitationes & tentationes habui. quas opere perfeciſſem niſi timor mūdi & hominum uerecundia me abſtraxiſſent. Item genua mea deo & ſanctis & maioribus ac prelatis non flexi. Item cum pedibus meis ad luxuriandum furandum & ſanguinem fundendum cucurri. Qualiter cūq; ego cum aliquo membro mei corporis deum offendi dico meam culpam: & confiteor deo & uobis.

¶ De peccatis omiſſionis. Et primo de ſeptem operibus miſericordie corporalibus & ſpiritualibus.

§ Exto peccaui ultimo modo peccandi ſcilicet omiſſione. Nam cum paupere indigente in neceſſitate conſtituto ſeptem opa miſericordie corpalia ñ exercui. Nā cū potui eſurienti dare panē nō dedi: & ſitiēti

potum non prebui : hoſpitem peregrinum & errātem ad meum hoſpitium. & ad uiam rectam non reduxi: infirmos cum neceſſari is non uiſitaui. Nudum ueſtimentis non co operui. incarceratos : iniuſte non redemi. mortuum derelictum non ſepeliui nec ſe: pelire feci. Item opera miſericordie ſpiri tualia ad que tenebar nō impleui. Nā igno rantes que ſunt ſalutis anime non docui. Deſtituto humano auxilio & pecatori : con ſilium non dedi. errantem & pecatorem nō caſtigaui: nec correxi triſtem: et deſolatum nō ꝓfortaui: nec mihi iraſcētibus & malefa ciētib'pepci: iniurias & ꝓtumelias mihi illa tas patienter nō ſuſtinui. Pro ſaluationé a: nimarum amicorum & inimicorum deum non exoraui: & mercedem laborum mihi facientibus non prebui. Qualitercunque ego opera miſericordie non compleui di: co meam culpam: et reddo me culpabilem deo & uobis.

De. xij. articulis fidei.

SEptimo peccaui ꝙa duodecī articulos fi dei firmiter non credidi: nec corde & o re ad iuſtitiam eos cōfeſſus fui imo alicꝙñ

circa ipsos & circa sacramenta altaris, dubitaui & fidem uiuam & iustam cum bonis operibus sicut bonus Christianus nō habui, nec contra iudeos infideles & hereticos fidem meam omnino defendi, & prædicaui, immo errantes & arguentes contra fidem libenter audiui.

¶ De. vij. sacramentis ecclesiæ.

OCtauo peccaui quia septem sacramēta ecclesiæ ut bonus Christianus præterij & neglexi. Primo quia licet sim baptizatus, tamen dyabolo & pompis eius ut promisi in baptismo, non renunciaui, & licet sim confirmatus, tamen fidem Christi ac ueritatem propter timorē mundi loqui & prædicare erubui & neglexi, & ordinem matrimonij non honoraui nec ēt custodiui, ordines ecclesiasticos indigne recepi, & in peccato indigne eos exercui, & personas in sacris ordinibus constitutas propter deum non honoraui penitentiam pro meis peccatis & ieiunia orationes & elemosynas mihi ininnctas, nō feci oris confessionem, corporis Christi communionem facere & recipere neglexi, qualitercū q; ego i septē sacramētis peccaui dico meā

culpā, & reddo me culpabilē deo &c.

¶ De. vij. uirtutibus theologicalibus & cardinalibus.

NOno peccaui omissione qa tres uirtutes theologicales, & quatuor cardinales seruare neglexi. In me si nō est ꝑa xp̄i fides cum bonis opibus in me nō est certa spes de futuris bonis cœlestibus in me nō est charitas qua sup oia diligitur deus, atq; ut meipsum. si meū ꝓximum nō dilexi in me nō est prudentia qa actus meos, qd qñ & quomodo eos debuissem agere nō feci & iuxta uoluptatis desideria actus meos inconsulte peregi. In me non est fortitudo quia passiones interiores & exteriores uiriliter pro xp̄o non subiugaui turpia & uerecunda agere nō metui. In me non est temperantia qa labores ieiunia & tribulationes sustinere nolui. in me nō est iustitia, quia a malo nō declinaui sed bonum quod tenebar facere neglexi unicuiq; qd̄ suum erat iuste nō dedi, ꝓp meas utilitates bonū cōe & multoꝝ saluationē neglexi. Quicqd ego ptra septē uirtutes peccaui dico meā culpā & reddo me culpabilem.

¶ De. vij. donis spiritussancti.

DEcimo peccaui: quia septem dona spi ritusancti nō curaui: in me non est sa pientia ad diuina contemplanda: in me nō est intellectus ad nouissima mortis mee: & penas inferni & diem iudicij ꝑsiderādum: in me non est consilium ad bonum eligen dum & malum reprobandum: in me non est sciētia ad meipsum & facta mea cogno scendum: immo non est fortitudo a tentas tionibus & tribulationibus ac malis cogi tationibus resistendum in me non est pie tas pauperibus & afflictis corde & opere compatiendum: in me non est timor dei ad malum fugiēdum & salutem querendum qualitercunq; ego in his peccaui dico me am culpam.

¶ De. xij. fructibus spiritusancti.

VNdecimo peccaui: quia duodecim fru ctus spiritusancti scienter neglexi: in me non est charitas nec gaudium dei seruitio: nec pax cum proximo: nec patientia in aduersis: nec longanimitas in diuinis seruitiis: nec bonitas uite mee nec benignitas erga proximum: nec modestia in gestu, & habitu ac operibus meis nec mansuetudo in tribulationibus nec humilitas in operi-

bus:

bus: nec ueritas in uerbis & locutionibus nec continentia & castitas in meis afflictionibus: sed grauiter peccaui contra prædicta: sicut equus & mulus in quibus nō est intellectus. de his omnibus & singulis dico meam culpam:

De octo beatitudinibus.

DVodecimo peccaui: quia secundum octo beatitudines euangelicas uiuere: ut Christi seruus omisi. Primo pauptatem uoluntariam cum spirituali intentione nō habui. Secundo mitis & mansuetus in persecutionibus & iniurijs mihi illatis nō extiti. Tertio peccata mea non defleui: nec cū illa contritione qua debui ad hanc confessionē accessi. Quarto iuste uiuere non studui: sed in peccatis assuetus fui: bene facere: ieiunare: & orare neglexi. Quinto mihi misericors & alijs non fui ac bona ecclęsiastica mihi cōmissa pauperibus nō dispersi. Sexto mundo corde quo ad deū & ad ꝓximum ꝑ bona exempla non uixi sed duplici animo in factis & uerbis hypocrita extiti. Septimo pacificus nō fui: sed ꝓpter ambitionē beneficiorꝫ & bonorꝫ discordias se-

minaui: ac ſciſmata feci. Octauo: quia non propter Chriſtum ꝑſecutiones & maledicti ones hoium ſuſtinui: ſed quando potui me uindicaui. Q̃ncunq; & qualitercunq; ego infelix peccator peccaui ꝑtra octo beatitudines & contra oía p̃dicta & ſingula: & ipſorum circunſtantias ſcienter uel ignoranter dormiendo uel uigilando: reddo me deo culpabilē: & dico meā culpam. & peto a deo meo indulgentiā & a uobis patre abſolutionē & pœnitentiā ſalutarem. Petoq; abſolui ab omnibus ſententijs excommunicationis: ſi quas forſitā incidi participando cū excōicatis uel alias: & ab oibus peccatis meis ꝓpter deū, ideo p̃cor beatiſſimā uirginē Mariam: ſanctos apoſtolos dei petrum & paulum: & oēs ſanctos & ſanctas dei: & te patrem orare pro me ad dñm Ieſum Chriſtū. ut dimittat mihi oia peccata mea: mortalia: criminalia & uenialia oblita & neglecta: & per me confeſſa: & quæ libenter ꝓfiterer ſi eoꝝ memoriam haberē: & q̃ a tpe quo icepi peccare uſq; in p̃ntem diē cogitaui dixi. & feci, & opa q̃ debebā facere omiſi. Et ꝓferat mihi gr̃am ut in poſte

rũ cõsimilia peccata nõ faciã & ꝓcedat mi hi bonũ finẽ uite meæ ac ꝓseuerantiã in bo nis opibus & hãc aĩam meam ad cœlestẽ gloriã ꝓducat uosq; pr̃em meum regro ex parte dei oĩpotentis. & sanctoꝝ apl̃oꝝ Pe tri & pauli. & sancte romane ecclesie: & cla uiũ auctoritate quatinus me absoluatis ab oĩbus meis peccatis & delictis cõfessis: ne glectis & oblitis & a peccatis meis morta libus cõmissis & omissis: & uenialibus: & quibuscunq; alijs delictis peccatis: & a pe nis alijs inferni: & purgatorij qui pro his peccatis merui. Item si sum excõicatus. in terdictus aut suspensus a iure uel ab hoĩe aut si fui: aut essem suspensus uel interdi ctus: aut si participaui ignoranter uel scien ter excõicatis. supplico hũiliter quatinus dignemini me in forma ecclesiæ absoluere & participationi fidelium Christianoꝝ re stituere. ¶ Segtur absolutio. Finita confes sione dicat sacerdos. Miseretur tui. Post modum imponat emendam sic dicendo. Meritum passionis Domini nostri IESV CHRISTI. merita & intercessiones bea te Mariæ uirginis & omnium sanctorum.

humilitas huius ꝓfessionis bonum propo-
situm quod habetis: & bona quæ ꝑ dei gra
tiam facietis: ac mala quæ patiẽter sustinue
ritis prosint uobis in remissionem peccato
rum uestrorum. Et hæc uobis iniungo in
generali: pro speciali tamen pœnitentia di
cetis hæc & hæc &c. Quo dicto petat si ues
lit facere huiusmodi pœnitentiam. Respon
sione autem facta ꝙ ita libenter. Subinfer
rat sacerdos absolutionẽ in hac forma quę
melior est omnium aliarum iuxta determi
nationem omnium doctorum: tam iuris ca
nonici quam sacræ theologie: quia omnes
aliæ adiectiones quæ communiter addi cõ-
sueuerunt: sicut cõfessis contritis & obli-
tis: &c. Potius diminuunt formam absolu
tionis. dicat igitur sic: Dominus noster IE
SVS CHRSTVS per uirtutem & meri
tum sue amarissime passionis te absoluat.
Et ego auctoritate ipsius & sanctæ matris
ecclesiæ mihi in hac parte commissa te ab-
soluo a sententijs excomunicationis mino
ris siquas incidisti participando cum excõ
municatis uel alias. Et restituo te sacramẽ
tis sanctę matris ecclesię: & unitati fideliũ

Et eadem auctoritate te absoluo ab oibus peccatis tuis. In noie patris & filij & spús sancti. Amen. Si ꝯo esset primarius summi pontificis aut in aligbus idulgentijs plenarijs : exprimat auctoritatem quam habet. Et similiter casus in quibus habet absolue re: quēadmodū cōmuniter habetur in formis absolutionis quæ in huiusmodi indulgentijs ꝓfessoribus dari ꝓsueuerūt. Versus qualis debeat esse ꝓfessio. Dū tua peccata dicis, confessio ꝙ sit integra consulo, sit festina, frequens, & amara. Propria, discreta, lachrimosa, morosa, fidelis. Vera sit, & nunquam diuisa, tibi manifestans. Omne scelus, nihil abscōdēs, humilisꝙ fateri. Q uis quis, ubi, per quos, quoties, cur, quomodo, quando. Dic circa factum committere quod uolusti. ¶ In his duobus ultimis uersibus. s. Q uisquis, ubi, per quos &c. tāguntur circunstantiæ peccatorum, quæ in ipsa confessione explicari debent.

¶ De quinꝙ sensibus uersus.

Ast sensus uagor, hæc dictio ꝙnꝙ figurat.
Visus, auditus, gustus, tactus, & olfatus.

¶ De septem opibus misericordię uersus.

Visito, poto, cibo, redio, tego, colligo, tũbo.

¶ De septem peccatis mortalibus.

Dictio, saligia, septem mortalia signat.

S. Superbia
A. Auaritia.
L. Luxuria
I. Inuidia
G. Gula
I. Ira
A. Accidia

Species superbiæ quatuor. Prima, cũ quis se existimat habere bonũ a se, non a deo. Scda, si bonum qd' hȝ a deo credit ex meritis, & nõ ex gra Tertia, qñ qs iactat d nõ hito Quarta, qñ qs cæteris despes &is uult singulariter uideri.

¶ Superbiæ filiæ sunt septem.

Ambitio, præsumptio, ingratitudo, curiosi tas, adulatio, derisio, iudiciũ temerarium.

¶ Inanis gloriæ sunt nouem.

Iactãtia, singularitas, aut præsumptio noui tatum, immodestia in uestitu, hipocrisis, pertinacia, discordia, contentio, inobedientia, scisma, & infidelitas.

¶ Auaritiæ species tres.

Iniusta acqsitio, nimia retétio, & nimis aut inordinatus amor bonoꝝ temporalium.

¶ Auaritiæ filiæ sunt septem.

Obduratio uel inhumanitas, uiolentia uel rapacitas, inquietudo i. nimis appetitus lu

cri, fallacia, piurium, fraus, & proditio.

¶ Luxuriæ ſpecies ſeptem.

Fornicatio ſimplex ſoluti cum ſoluta, ſtuprum, uirginum. raptus, ꝓtra uoluntatem uel ſui uel parẽtum. adulterium, cum ꝓiugatis. incæſtus, cũ ꝓſanguineis. ſacrilegiũ, cum deo ſacratis: & peccatum contra naturam, quod ſodomiticum dicitur.

¶ Luxuriæ filiæ octo.

Cæcitas mẽtis, præcipitatio, incõſideratio, incõſtantia, amor ſui, odium dei, amor pñtis uitæ, horror futuræ beatitudinis.

¶ Inuidiæ filiæ quinq;.

Odium, exultatio in aduerſis, triſtitia in ꝓſperis ꝓximi, ſuſurratio, & detractio.

¶ Gulæ ſpecies quinq;.

Nimis comœdere uel bibere, uel ſæpius q̃ oportet. nimis laute uel delicate. nimis preciosa cibaria quærere. nimis auide. horam cibi debitam præuenire.

¶ Gulæ filiæ ſex.

Scurrilitas, inepta lætitia, hæbetudo mẽtis, multiloquium. immunditia, ebrietas.

¶ Iræ filiæ nouem.

Indignatio, murmuratio, tumor mentis,

clamor, ꝓtumelia, maledictio, blasphemia, rixa, sedatio.

¶ Species accidiæ quatuor.
Remissio, tarditas, ociositas, tepiditas.

¶ Accidiæ filiæ sex.
Malitia, rancor, pusillanimitas, desperatio, torpor, euagatio mentis.

¶ Septem sunt sacramenta. unde uersus.
Abluo, firmo, fateor, nubit, ordior, ungor.

¶ Alij uersus de septem sacramentis.
Ordo, coniugium, fons, confirmatio pansꝰ.
Vnctio postrema, pœnitẽtia sũt sacramẽta.

¶ Septem sunt dona spiritus sancti.
Ti. pi. sci. for. consi. intellige, sapi.
Idest, timor, pietas, scientia, fortitudo, consilium, intellectus, sapientia.

¶ Septem sunt uirtutes.
Tres theologicæ, fides, spes, charitas. Et quatuor cardinales. Prudentia, fortitudo, temperantia, & iustitia.

¶ Octo sunt beatitudines. unde uersus.
Sis pauper, lugẽs, mitis, iustus, miserãsq;,
Mundus, pacificus, pro ꝓsequentibus ora.

¶ Nouem peccata aliena. unde uersus.
Iussio, consilium, ꝓsensus, palpo, recursus.

Participás, mutus, nó obstás, nó mãifestás

¶ Peccata clamantia in cælum quinq;.

Clamitat i cælũ uox sãguinis, & sodomita,
Vox oppressoꝝ, uiduæ, præcium famuloꝝ.

¶ Peccata muta uel sodomitica.

Propria mollities, extra speciem, siue sexũ.
Extra uas debitũ, modus, aut idebitus usus
Cótra naturam iũgas, sunt hæc sodomoꝝ.

¶ Peccata in spiritum sanctum:

Inuidus, ipugnãs, desperãs, impœnitẽsq;,
Præsumẽs, obstãs, hæc sũt mortalia flatus.

¶ Decem præcepta legis.

Vnum, crede deũ, nec iures uane p ipsum.
Sabbata sãctifices, hẽas in honore parẽtes.
Nó sis occisor, fur, mœchus, testis iniquus.
Alterius nuptã, nec rem cupias alienam.

¶ Duodecim articuli fidei.

Nascitur, abluitur, patitur, descẽdit ad ima.
Surgit, & ascendit, uenit discernere cuncta.

¶ Aliter distinguuntur articuli fidei.

Petrus — Credo in deum patrem oĩpotem, creatorem cæli & terræ.
Andreas — Et in Iesum xp̃m filium eius unicum, dominum nostrum.
Iacobus — Qui cõceptus est de spiritu

ſancto, natus ex Maria uirgine.

Ioannes — Paſſus ſub Pótio Pilato, crucifixus, mortuus, & ſepultus

Philippus — Deſcendit ad inferna.

Thomas — Tertia die reſurrexit a mortuis.

Bartolomeus — Aſcendit ad cælos, ſedet ad dexteram dei pris oipotētis.

Mathæus — Inde uenturus eſt iudicare uiuos & mortuos.

Iacobus mior — Credo in ſpiritum sāctum, ſanctā eccleſiam catholicam ſanctorum communionem.

Symon — Remiſſionem peccatorum.

Thadeus — Carnis reſurrectionem.

Mathias — Et uitam æternam. Amen.

¶ Conditiones aggrauantes peccata.

Aggrauat, ordo, locus, pſona, ſciētia, tps.
Ætas, ꝯditio, numerus, mora, copia, cauſa.

¶ Caſus Papales continētur his uerſibus.

Omnis deuote debet ueniam rogitare.
A Papa, feriens clerum, falſarius, urens
Eccleſiam, ſimon, audēs cælebrare ligatus.
Iuſſum prælati, uolens exire ligatus.
Sacra ui rapiens, interfectorq; parentis.

¶ Casus Episcopales.

Incæstum faciens, defiorans, aut homicída,
Sacrilegus, patrum pcussor, uel sodomita,
Transgressor uoti, periurus, sacrileguscp.
Et mentita fides, faciens incendia, prolis
Oppssor, blasphēus, hæreticus, ois adulter,
Pontificem sup his semp deuotus adibis.

¶ Alia breuis & fructifera peccatoris ad deum confessio, quando non potest haberi copia confessoris. Et etiam potest dici ante confessionem pro contritione impetrāda.

DEus inæstimabilis & æternæ misericordiæ: deus pietatis immensæ. deus conditor & reparator humani generis, qui cōfitentium tibi corda purificas, qui accusantes se ante conspectum diuinæ clementiæ tuæ ab omni uinculo iniquitatis absoluis, uirtutem tuam & bonitatis tuæ abyssum totis exoro gemitibus, ut secundum multitudinem miserationum tuarum de omnibus peccatis meis, quibus me accusat mea rea conscientia, puram mihi coram te concedas agere confessionem: ueramcp ex his omnibus tribuas pœnitentiam: quæ cūcp ptra te peccaui in cogitationibus pes-

simis in cogitationibus prauis: in cõsensu malo in ꝓsilio iniquo: in ꝓcupiscentia: in delectatione imunda: in uerbis malis & odiosis: in factis malicioſis: in uisu auditu: gustu olfactu & tactu. Ego qppe in omnibus etiam mẽbris meis me reum intelligo supra mensuram: quia sicut astra cœli atqꝫ arena maris: ita innumerabilia mea cognosco delicta. Sed tibi domine oĩum occultorum cognitori qui dixisti: pœnitentiam te malle peccatoꝝ: oĩa cordis mei reuelo arcana. accusans nequitias & peccata mea multa nimis & magna ualde que gessi coram tremẽde maiestatis tue oculis. In omni uita mea misera præcipue hæc. N. & hæc N. hic denomina peccata grauiora cũ uniuersis malis meis sicut in conspectu tuo o Domine misericordiæ nota sunt & aperta. Et nunc deus pijssime respice in me & miserere mei: fontemqꝫ lachrymarum mihi & remissionem omnium peccatorum gratuita tua miseratione tribue intima id cordis cõfessione ac affectione poscenti. Renoua & innoua in me pijssime pater quicquid dicto facto cogitatu propria malitia dyabo

ſicaue fraude uiciatum eſt. Et unitati eccle-
ſiæ ſociando membrum tue me redemptio
nis annecte: & non habentem fiduciam ni-
ſi in tua miſericordia ad ſacramentum bea
te reconciliationis admitte. Amen.

¶ Sequitur ꝓfeſſio deuotiſſima ſancti Ber-
nardi Abbatis ante uel poſt confeſſionem
dicenda.

IN unione doloris tui q̄ cauſam doloris
mei aſſumpſiſt: & emendationem ꝓ pec
catis meis ſuſcepiſti domine Ieſu Chriſte
cum uniuerſitate dolentium & uere pœni-
tentium: & te in ueritate querentium confi
teor tibi omnia peccata mea mala commiſ
ſa: & bona omiſſa uel nō pure aut negligē
ter facta, ſicut tu ea noſti, in numero pon
dere & menſura. & dies ꝑditos uitæ meæ
in q̄bus te offendi & laudem tuam minui
& a te ſummo bono cecidi: & proximum
in caſum traxi. Suſcipe ergo Dñe de mea
miſera uita reſiduum annoꝝ meorum. pro
his uero quos uſuēdo ꝑdidi: q̄a ꝑdite uixi.
cor ꝓtritum & humiliatum deus nō deſpi
tias. Dies mei declinauerunt & perierunt
ſine fructu. impoſſibile eſt enim ut reuocē

eos: sed illos in amaritudinē aiæ meæ: Dñe abyssus ꝑfundissime miserie meæ abyssus inuocat altissime misericordie tuæ. Ne contineas in ira miserationes tuas: & fontē inexhauste misericordie tue circa me excitari nō permittas propter peccata mea ꝙ misereris oīum: & nihil odisti eorum quæ fecisti dissimulās peccata hoium propter pœnitentiam. Tuum est dñe remittere peccata miserere mei. iam tps est gratiæ & miserationis: & dum tempus est emendationis: da mereri gloriam benedictionis ne in die ꝓsumationis me feriat uerbum maledictionis. Fac me quęso dñe assueta mala relinquere: & tibi placita opera agere: & studium ꝙ hucusq; in peccatis exercui te adiuuāte deinceps in tua uoluntate exerceam: ut ubi abundauit delictū: tua gra superabūdet. Et rogo te propter temetipsum & ꝓ amorē pijssime matris tue gloriosę uirginis Marie: & per intercessionem oīum sanctorum tuorū atq; electaꝝ tuarum ut ignoscas oibus peccatis negligentijs & ignorantijs meis: & ne perdas me cum iniquitatibus meis neq; in finē iratus reserues mala mea. Recor

daredſie ieſu: qa tuum nō eſt ꝑdere quicq̄ ex eo ꝙ pater tuus dedit tibi. ſed tuū eſt ꝑ prīū miſereri ſemp & parcere: neminē ꝑde re ſed ſaluare. qa pater tuus miſit te in mū dū nō ut iudices mundum: ſed ut uitā has beamus ꝑ te: ut ſis ꝑ nobis: non ꝓtra nos. Q d' enim debuimus: tu ſoluiſti. qd' pecca uimus: tu luiſti: qd' neglexim⁹: tu ſupple ſti. Proficiat ergo dñe nunc & in extremis meis plenaria: imo ſupflua ſatisfactio tua amara mors tua: & prætiū fuſi ſanguinis tui renouatio ſatisfactionis tue uenerabile myſterium corporis & ſanguinis tui: qd' tibi quottidie offertur in eccleſia pro ſalu te fidelium, in quo es tuipſe ſacerdos & ſa crificiū. ille qui offert. & ille cui offert. & hoc qd' offert ad ꝑmerendū in ꝑſenti gra tiā. quā nō merui. Ad obtinendū in futuro regem & gl'iā: tua pia paſſio ꝑpetrauit. Im ꝑfectum meum dñe uiderūt oculi tui. Sed tu pie deus ne imputes mihi ad æternū ſup plicium: quia oīa ad ſummum & ꝑfectum bonū optime & ꝑfectiſſime ꝑordinaſti. Et ne ꝑmittas me deleri de libro uite. Sed of fer mihi portionē q̄ me ꝓtigit i ſubſidiū tue

uidelicet prȩcioſe paſſionis cum qua homi nem uoluiſti habere tibi cohæredem in ter ra uiuentium. Te igitur domine moueat & inclinet ad miſericordiam humanæ fragili tatis conſideratio: qui noſti quæ ſit homi nis ſubſtantia: & quod non uane conſtitue ris hominem ſuper terram: & conſerua in me opus tue pietatis. Ne icaſſum circa me laboraueris: & ne infructuoſa ſit in me im maculati cruoris tui effuſio. Tu enim q̄ es purificationem faciēs peccatorum: præſta: ut emundatus a peccatorum ſordibus & il luminatus acie mentis cognoſcam te: teq̄ agnoſcens in directione cordis mei iugiter ad te tendam: ut felici exitu ad te merear p uenire ieſu Chriſte. Q ui cum deo patre in unitate ſpiritus ſancti uiui s & regnas per omnia ſæcula ſæculorum. Amen.

¶ Alia confeſſio deuota cum gratiaꝝ actio ne poſt confeſſionem dicenda: uel aliunde quando placuerit.

COnfiteor tibi Domine rex & collauda bo te deum ſaluatorem meum. Confi teor nomini tuo magno quoniam adiutor & protector factus es mihi: & liberaſti cor

pus & animam meam a perditione. Confiteor etiam tibi & beatæ Mariæ sanctoq; Ioãni baptiste: & angelo mihi ad custodiã deputato. Et sanctis quorum reliquie in loco præsenti habentur: & omnibus electis tuis omnia quæ commisi uel omisi per superbiam: negligentiam: infirmitate: suggestione delectatione: consensu: cogitatione: locutione: & opere & quibuscunq; aliis modis offendi. Profiteor me erraſſe: deliqſſe: & peccaſſe ultra omnes peccatores. Quambrem obsecro immensitatem clementie ac pietatis tue. ut omnia peccata mea mihi dimittas & non permittas me amplius aliquid contra te committere aut tentari supra uirtutem meam, sed concede per gratiam tuam ut omnes aduersitates & prosperitates mihi uertantur in probationem & salutem benedico te deus cœli & terræ: glorifico & exalto nomen tuum: laudo & beatifico: honorifico magnificentiam tuam: adoro uenerror & sanctifico maiestatem tuam: uirtutẽ diuinitatem: & sapientiam fortitudinem honorem & gloriam: ac benedictionem offero trinitati unitatis tue. Iterum atq; iterum

Deus meus gratias ago potẽtiæ tue ꝑ eũ ꝙ feciſti cœlum & terram: mare & omnia qui in eis ſunt. Et quia miſiſti ad redẽptionem noſtram unicum filium tuum & ad remiſſionem peccatorum & collationẽ donorum per eũdem ſpiritum ſanctum tuũ. Deniq; pro uniuerſa eccleſia catholica. & ſcripturis ſanctis & cunctis ordinibus & ſacramentis eccleſiaſticis & pro omni populo Chriſtiano & cunctis quæ eueniunt eis. Tandem pro meip ſo pro eo ꝙ manus tue plaſmauerunt me ad tuam dignitatem & ſimilitudinem: quia baptizatus ac cõfirmatus litteris traditus religioni mancipatus. Et quia ſola miſeratione pietatis tue & cura ſollicitudinis uiuo: licet indignus & ingratus. Tandem ſupplico clementie tue ut ſim potens & libens abhominari & ſuperare ſuperbiam: auaritiam: caſtrimargiã iram. luxuriam: accidiã: gulam: & uanam gloriã: & cętera oĩa uitia ac ďſideria carnalia: oĕſq; tentationes: cuncta ſpnere inutilia: cauere nociua: ſuſtinere aduerſa ꝓſeq; ſalubria: meditari ſpiritalia cõpp̃hendere cœleſtia. Sim inſup deus meus iuxta dict̃ũ

tuum paup ſpiritu: mitis: lugens: eſuriens: & ſitiens iuſticiã: miſericors pacificus mũ dus corde: pſecutionẽ patiens ꝓpter iuſtici am: prudens ut ſerpẽs ſimplex ut colũba. Poſtremo obſecro miſericordiæ tue immẽ ſitatem ut requieſcat ſup me ſpiritus ſapiẽ tiæ: & intellectus ꝓſilij & fortitudinis ſciẽ tie & pietatis: & ſpiritus letiſſimi timoris tue gratiæ & ueritatis: fidei ſpei & charita tis: prudentiæ tempantie: fortitudinis: atq; ſuſticie. habeã etiam ex abundanti lar gita: tis tue dono gratiam uerboꝝ cogitationũ & operum bonoꝝ ſobrietatem: & diſcretio nem: caſtitatem & conſtantiam mentis & corporis: perfectam patientiam: & in omni ſanctitate ſine adinuentione alicuius uſq; in finem perſeuerantem uoluntatem & uir tutem in lege tua: & in operibus mandato rum tuorum. Diſpone etiam in me uiſum auditum: odoratum: guſtum: loquelam: tactum: inceſſum: renes: & omnia mem bra corporis & affectus aiẽ: & uiſus eorum. Fac me ita regere ut in omnibus tibi place am: & te glorificẽ ſemp & ubiq; & a te ha beam angelum ad cuſtodiendũ: docẽdũ &

adiuuandum me in omnibus. Nam ego pono corpus & animam meam: & totam uitā in tua dispositione: & custodia. Si uero est in his qnæ postulo aliquid minus tibi placens: tu omnia dirigas iuxta paternitatem tuam dulcissimam: & facias hoc solum singulariter & anxie clementiam tuam deprecor: ut me ueraciter seruire facias toto corde & toto corpore: omnibus diebus uitæ meæ: ac in omnibus adimplere uoluntatē tuam & peruenire ad consumationem perfectam: finem sanctum & gaudium sempiternū. Neqꝫ in iustificationibus meis ꝓponō præces meas ante faciem tuam: sed in miserationibus tuis multis & immensis: ꝑ dominum nostrum Iesum Christū: ac meritā & intercessiones gloriose uirginis Mariæ: & beati angeli tutoris mei. Ioānis baptiste: beatorum patriarcharum prophetarum: Apostolorum euangelistarum: martyrum: confessorum: uirginum cōtinentiū & omnium electorum tuorum qui tibi placuerunt ab initio mūdi: quorum imitator esse desidero, uerus & coheres legitimus fidelis seruus & prudens: ac filius tuus de

uotus. In fine te dulcissime pater principa liter obsecro pro Christianis peccatoribus in quibus propter peccata sua nō habitas: ut superbos & inobedientes ad humilita tem: irascentes odiosos & detrahentes: & murmurantes ad lenitatem reuoces: pusil lanimes: negligentes & tepidos per constā tiam robores: auaros: usurarios: ambitio sos ad amorem diuitiarum spiritualium ac cendas. latrones: rapatores: & obstinatos ad satisfactionem compellas: mendaces: p iuros: & male iudicantes ad agnitionem tuam & dilectionem trahas: gulosos: ebrio sos: & ꝑdigos ad parsimoniam coerceas: sinuerecundos: impudentes & uaniloquos ad honestatis normam reducas: luxuriosos impuros: & turpes castifices & dealbes: uer bosos silentium doceas: & cunctis in cor pore. siue extra corpus uiuentibus: qui no bis consanguinitate: familiaritate uel aliter iuncti sunt: & qui se nobis confitendo uel rogando commendauerunt: necnon quo quomodo suscepimus: & quibuscunq; te nemur uiuis uel defunctis ut optatam eis indulgētiam omnium delictorum suorum

misericorditer largiri digneris: & ad requi em benignus perducere sempiternam per saluat orem nostrum filium tuum in spiri tu sancto. Amen.

¶ Sequuntur nunc orationes multum de uote ante sanctam communionem dicen de.

O Dulcissime atq; amantissime Domine Iesu Xpe quē nūc deuote desidero sus cipere. Tu scis infirmitatē & necessitatē quā patior: in quantis malis & uitijs iaceo: quā sæpe sum grauatus: tentatus: turbatus: & inquinatus. Pro remedio ad te uenio: p cō solatione & subleuamine te deprecor: ad omnia scientem loquor cui manifesta sunt omnia iteriora mea: & qui solus potes me perfecte & consolari & adiuuare. Tu scis quibus bonis indigeo præ omnibus: & q̄ pauper sum in uirtutibus. Eecce sto ante te gratiam postulans & misericordiam. Re fice esurientem mendicum tuum: accende frigiditatem meam igne amoris tui: illus mina cecitatem claritate præsentie tue. Ver te mihi omnia terrena in amaritudinem: omnia grauia & contraria in patientiam.

Erige cor meum ad te in cœlum: & non dimittas me uagari ſuper terram. Tu ſolus mihi ex hoc dulceſcas uſq; in ſæculum: quia tu ſolus cibus & potus meus: amor meus: & gaudium meum: dulcedo mea. Vtinam me totaliter ex tua præſentia accẽdas: & comburas. & in te tranſmutes: ut unus tecum efficiar ſpiritus per gratiam internæ unionis: & liquefactionem ardentis amoris. Ne patiaris me ieiunum & aridum a te recedere ſed operare mecum miſericorditer: ſicut ſæpius operatus es cum ſanctis tuis mirabiliter. Quid mirũ ſit totus ex te ſgneſcerem: & in meipſo deficerem: cum tu ſis ſemper ardens & nunquã deficiens. Amor corda purificans: & intellectum illuminans. Amen.

¶ Item alia oratio ante ſanctam cõmunionem.

O Fons totius miſericordie quæ nũquã manaꝛ ceſſas. Veni hodie & tribue animæ egrote carnem tuam deuote ſumere: & præcioſum ſanguinem tuum bibere. Nõ quia iuſtus ſum ſed peccator: ga nõ eſt opus sãis medic'ſʒ male hñtib'. O ⁊a cha

tas in qua est æterna fœlicitas. O spes unica animæ meæ, aufer a me iniquitates meas, ut pura mente merear intrare ad sancta sanctorum. te expectat cor meum. impleple desiderium quod in me misisti, ut ipse uoluisti. tuus sum ego Christe, noli me derelinquere alieno. dextera tua semper me præueniat, & ab omni malo defendat. O domine ueni, cui ego miserrimus peccaui. obliuiscere peccata mea, pro quibus effudisti sanguinem tuum. ueni dulcissime deus, da mihi cibum salutis æternæ. ueni hostia immaculata, libera me a morte æterna. ueni infirmorum medicus. ueni ieiunãtium cibus. ueni domine, uisita domum istam nomini tuo dedicatam. & ecce uenio ad te: quem toto corde desidero, ad quem tota mentis intẽtione aspiro, quem totis uisceribus amplector, cuius corpus & sanguinem accipere cupio, ut semper in me maneas, & in æuum non me dimittas o dulcissime pater. Amen.

¶ Alia oratio ante sanctam cõmunionem.

AVe sanctissima caro Christi, & sanguis. aue summa dulcedo, quæ detri

mentum nescis, fastidium tollis, mortem necas uitam æternam præstas. Aue beata re fectio qui electos tuos de mũdi huius exi lio ducis ad patriam. Aue fœlix hostia: quę in crucis ara deo patri nostro pro nostrorũ pondere peccatorum es oblata. Aue man na niue ꝑdidius: melle dulcius oi auro prę ciosius: Aufer obsecro pasto bone a me iniquitates ut purificato corpore & spiritu merear degustare sanctam sanctorum. Sit ꝙ mihi hoc uenerabile sacramẽtũ ꝑtra ho stiles insidias inexpugnabile ꝓsidium, ut hoc salutari uiatico refectus lubricas hu ius uitæ uias imaculato cale transire, & ad te panẽ uiuũ & uerꝝ angelorꝝ dñm sine im pedimento diabolicæ fraudis ualeam per uenire. exaudi me, placare domine, atten de, & fac, ne moreris per temetipsum de us meus: quia nemo tanti misterij poterit esse dignus, nisi tu omnipotens suscipien tem feceris esse dignum. Amen.

¶ Item alia oratio ante sanctam commu nionem.

AD mensam dulcissimi tui conuiuij pie domine Iesu Christe ego peccator de

proprijs meritis nil præsumens: sed de tua confidens misericordia & bonitate accedere uereor & contremisco. Nam cor & corpus habeo multis criminibus maculatum Mentem & linguam nō caute custoditam. Ergo o pia deitas: o tremēda maiestas. ego miser inter angustias deprehensus ad te fontem misericordie recurro: ad te festino sanādus: sub tuam protectionem fugio: & quem iudicem sustinere nequeo saluatorē habere suspiro: tibi domine plagas meas ostendo: tibi uerecundiam meam detego. Scio peccata mea multa & magna pro quibus timeo. Spero misericordias tuas quaꝝ nō est numerus. Respice ergo in me oculis misericordie tue pie dñe Iesu Xp̄e rex æternæ deus homo crucifixus ꝓpter hoiem Exaudi me sperātem in te & miserere mei pleno miserijs & peccatis. Tu qui fontem miserationis nunq̄ manare cessabis. Salue salutaris uictima pro me & oī humano genere in patibulo crucis oblata. Salue nobilis & præciosissime sanguis de uulneribus crucifixi domini IESV CHRISTI profluens & peccata totius mundi abluens.

Recordare Dñe creature tue qua tuo sacro sanguine : redemisti penitet me peccasse. cupio emẽdare quod feci. Aufer ergo a me clementissime pater omnes iniquitates & peccata ut purificatus mente & corpore digne degustare merear sancta sanctoꝝ: & cõcede ut sancta prælibatio corporis & sanguinis tui: quam ego indignus sumere intendo. sit peccatoꝝ meorum remissio: sit delictorum ꝑfecta purgatio : sit turpium cogitationum effugatio: bonorumq; sensuũ regeneratio: operumq; tibi placentium salubris effectio. animæ quoq; & corporis ꝑtra inimicoꝝ insidias firmissima tuitio.

¶ Item alia oratio.

DOmine Iesu Christe pater misericordissime : rogo corde toto ut omnia peccata mea dimittas : in uita præsenti penam pro eis infligas : ne aliquam penam ad purgatorium reserues. O Deus immensæ pietatis. cuius fortitudo est infinita : quia sine te peccatis resistere non ualeo: conforta me in tantum ꝙ peccatũ mortale amplius nunq; cõmittam: oẽmq; dyaboli tẽtationẽ ammodo uincã; uitã; cogita

tiones: uerba & opera omnino ad te dirigã
ac me in fine uitæ meæ cuſtodias ne dyabo
lus mihi terrorem inferat & ſic in deſpera
tionem inducat. O fons emanans charita
te fac mẽtem meam liberam ab omni crea
tura, quæ poſſit eam ſibi attrahere, & a
tua dilectione impedire: ut in tuo amore
proficiam: nunc uero & in fine uite meæ
digne te ſumam. & ſic animam meam ſa
culo corporis exutam perduc ad patris æ:
terni palatium: ad uidendum clare ſancte
trinitatis ſpeculum. Amen.

¶ Sequuntur gratiarum actiones poſt ſan
ctam communionem dicende.

GRatias tibi ago deus gratias tibi ago
uera uita uluentium. ſpes æterna cre:
dentium ieſu Chriſte redemptor alme:
qui ſolus es adorandus amandus & laudã
dus: qui facis mirabilia ſolus: qui propter
nos tuos pauperes conſolandos: quos in
hac miſeria tãquam peregrinos & orpha
nos dereliquiſti p myſterium ſacerdotis. &
p uerba ex ore eius in noĩe tuo prolata apis
cœlos & deſcẽdis & ĩples oẽm terrã bene
dictiõe. Qui nõ dedignaris manibus hoĩs

attrectari benedici & consecrari in nr̃am sa
lutē q̃ suo ministerio foris exhibet signa
sacramēti. sed tu deus inuisibilis manās ip
se facis opera. tibi ergo domino deo nostro
magno & immenso æterno & excelso. tibi
laus tibi gloria tibi gratiarum actio nunc
& in perpetuum. qui hoc ipsum incompræ
hensibile mysterium imminente articulo
salutifere passiōis tue tam gratuita pietate
discipulis tuis tradidisti. misericordia mo
tus & affectu paterno eos allocutus es di
cens. Desiderio desideraui hoc pasca man
ducare uobiscum antequam patiar. ac si di
ceres. Desiderio desideraui me ipsum trade
re uobis. Deinde frangens teipsum mira
biliter manibus tuis protestatus es dicēs.
Hoc est corpus meum hoc accipite in ue
stram salutē quotienscunq̃ sumitis in me
am commemorationem. & in memoriam
dilectionis. qua uos dilexi. quando meip
sum pignus salutis reliqui. O inæsti mabi
lis dilectio charitatis tue domine Iesu beni
gne. ut nos indigne patri tuo reconcilies
te ipsum exhibes uictimam salutarem. ig
tur immensam misericordiæ tue clemen

tiam ſuppliciter exoro quatenus hoc ſum me charitatis & unionis tue ſacramentum mihi cunctiſq; fidelibus tuis ſit contra om nium peccatorum noſtrorum uulnera effi caciſſimum medicamentum: ac omnis uir tutis & gratiæ complementum. ſit contra omnia mala ualidiſſimum, tutamētum: eter næq; beatitudinis ſolidiſſimum fulcimen tum. Amen.

¶ Item alia oratio poſt ſanctam commu nionem.

GRatias tibi ago & laudes tibi referro Domine deus meus: qui me ex nihilo ad imaginem & ſimilitudinem tuā creare: & tuo præcioſo ſanguine redime re atq; per ſacri baptiſmatis ablutionem inter adoptionis filios aggregare: præcioſi q; corporis & ſanguinis tui myſteriis refi cere dignatus es. Tibi ergo ago laudes & gratias qui me a tempore rudis infantiæ meæ uſq; ad hanc horam per multe deflu entem uitam immenſe pietatis tue pa tientiam ad mendationem expectaſti. Te laudo te glorifico. q me ſæpiſſime de mul tis tribulationibus & anguſtijs calamitati

bus & miſeriis liberaſti: qui me hactenus de æternis ſuppliciſs & de corporis & animæ cruciatibus miſericorditer exemiſti. Te laudo te glorifico: qui mihi ſoſpitatem membroꝝ tranqllitatem temporꝝ ac etiam bonoꝝ effectuum cum multis aliis uirtutibus miſericorditer tribuiſti. Q uæſo Dñe deus meus ineffabilem tuam ſuauitatem: ut ĩchoata beneficia & dona in me pficias. Et quicquid tibi in me diſplicet repellas a cunctis etiã quæ ſupſunt tribulationibus & iniquitatibus ac diuerſis malis: quibus inuolutus ſum: me eripias: cogitationes locutiones pariter & actus meos in tua uolũtate diſponas. Inter aduerſa & ꝓſpera me gradientem ſemp & ubiqꝫ cuſtodias. & me tandem ad tue uiſionis deſiderata gaudia fœliciter perducas. Q ui uiuis & reg.

¶ Inem poſt communionem.

HÆc ſunt ꝓuiuia quæ tibi placent: quæ nobis orphanis in memoriam tue dilectionis reliqſti. O pĩis ſapiẽtia natus de uirgine: qui nõ dedignatus es uenerabile corpus tuũ tangi & ſumi a me indigno peccatore: qd tibi digne reddã ꝓ oĩb'q̃ rettribuis

mihi? Si enim totius mundi merita in unū fuerint cōgesta: non ualerēt tue dignationi aliquatenus cōparari. Gratias ergo ago tibi domine Iesu Christe fili dei uiui: rex regum. & dominus dominātium: gratiarum actiones pro posse fragilitatis meæ: tue tremende maiestati & immense pietati pijssime Iesu refero: q̄ sacro corpore tuo & sanguine meam animam nimis aridam dulciter refeciſti. Rogo te: ut quicquid in me uiciosum tue uoluntati contrarium inueniſ, communione huius sacramenti funditus euacuetur: & cor meum dignum sancti spiritus habitaculum præparetur. Et dulcissime Iesu sit hoc sacramentum corporis & sanguinis tui sanitas & dulcedo aiæ meæ: salus & sanctitas in omni tentatione: pax & gaudium in omni tribulatione, lumē & uirtus in omni uerbo & opere solamen & tutela finalis in morte Amen.

¶ Item alia de eodem.

SAcratissimum corpus & sanguis domini nostri Iesu Christi. qui pro salute generis humani confixus es in cruce. Te ego peccator miserrimus: & multis peccacis, in

uolutus

Inuolutus ſupplex imploro: ut ꝑ tuum mi
rabile myſterium animam meā & corpus
meum ſalues & ꝓtegas ab omni deceptio
ne & fraude dyaboli & hoſtium uniuerſo
rum. Et per oblationem ſanctiſſimam quā
ego hodie ſuſcepi ad laudem & gloriā no
miuis tui. & ad memoriam dominice paſ
ſionis tue: & ad honorem ſanctiſſime dei
genitricis uirginis Mariæ: & omnium ſan
ctorum: omnia peccata mea delere digne
ris. Et non permittas me clementiſſime do
mine dyabolo nec ulle creature ad punien
dum uel decipiendum ꝓpter peccata mea.
Sed tu piiſſime domine qui omnium miſe
reris: dignare mei miſerere & me corripe
in miſericordia tua infinita & non in ira.
Da mihi piiſſime domine fidē rectam: ſpē
firmam, charitatemq; perfectam, patien
tiam non fictam: talē pœnitentiam quæ ti
bi deo meo placeat: ut ſancti angeli tui de
conuerſione mea gaudeant. Te depræcor
deus meus per illam pacem: quam feciſti
inter deum & hominem quando te hoſtiā
puram & imaculatam obtuliſti ad reconci
liandū genus humanū: deo pri in cruce ut

pacem & concordiam inter me & omnes fideles christianos facias & confirmes: & per illum terrorem quem serpenti in cruce pendens feciſti dyabolo formidabilem amicis acceptum, inimicis placatum me facias, ut pace tua & totius eccleſiæ ac præſenti proſperitate gaudeam & futura. ſaluator mũdi ſalua nos, qui per ſanguinem & crucem tuam redemiſti nos: auxiliare nobis te deprecamur deus noſter. te deprecor domine Ieſu Chriſte per guttas ſudoris tui ſanguinei, per anguſtias præcioſiſſime mortis tuæ, per merita & interceſſionem beatiſſimæ genitricis tuæ perpetuæ uirginis Mariæ. per præces beati Ioannis Baptiſtæ & omnium ſanctorum deo placẽtium, ut liberes me famulum tuum. N. nec non famulos tuos. N. & N. & omnes parentes meos, benefactores ac mihi commiſſos ab omni periculo corporis & animæ, & nobis poſt hanc uitam in cæleſti patria tribue perpetuam manſionem, & libera etiam domine animas famulorum & famularum tuarum. N. & N. ac parentum & benefactorum meorum & mihi commiſſorum

de lacu inferi & de luto fœcis, & colloca eos in regno pacis & claritatis æternæ. te rogo pijſſime domine per ſanctiſſimam corporis & ſanguinis tui præſentiam & libamen, ut liberes me ab omnibus peccatis meis præteritis, præſentibus, & futuris neceſſitatibus & anguſtijs, & ab inſidijs omnium inimicorum uiſibilium & inuiſibilium. & rogo te pijſſime domine Ieſu Chriſte ut in hora tremenda mortis meæ non deneges mihi ſanctiſſimi corporis & ſanguinis tui communionem integram & perfectam ſatisfactionem cum præſentis uitæ fœlici conſumatione. Amen.

¶ Item aliæ gratiarum actiones utiles & deuotæ poſt ſanctam cõionem dicendæ.

GRatias ago immẽſæ maieſtati ac ſempiternæ pietati tuæ domine ſancte pater omnipotens æterne deus, qui me indignum famulum tuum ac miſerum peccatorem nullis meis meritis exigẽtibus, ſed tuis miſerationibus multis & magnis ſatiare dignatus es corpore & ſanguine dñi nr̃i Ieſu xp̃i: & præcor ut hæc cõio non ſit mihi reatus ad pœnã, ſed interceſſio ſaluta

ris, ad ueniã: sit mihi armatura fidei & scu tum bone uoluntatis: sit uitiorum meorũ euacuatio: concupiscentie & libidinis exter minatio: humilitatis charitatis: patientie: castitatis: obediẽtie: omniumq; uirtutum: atq; totius sanctitatis & salutis augmenta tio: cõtra insidias omnium inimicoꝝ meo rum uisibilium & iuisibilium firma defen sio: motuum meorum tam carnalium quã spiritualiũ perfecta quietatio. In te uno ui uo & uero deo firma adhesio: & finis mei fe lix consummatio. Sit quæso sancte pater sacrosanctum sacramentũ corporis & san guinis dilecti tui filij dñi nostri Iesu Chri sti suauitas: & dulcedo: animæ meæ salus & sanctitas in omni tentatióne: pax & gau dium & in omni tribulatione: lumẽ & uir tus in omni uerbo & opere: solatium & tu tela finalis in morte. Et præcor te ut p hoc mereaꝛ spiritu tuo sancto repleri: & p uiã mandatorum tuorum dirigi: eodemq; ui tico me in extremo uite mee articulo con cedere refici: nunc quoq; refectũ usq; tunc sine intermissione conseruari & ad illud quiuium per sanctos angelos tuos perdu

el: ubi tu ipſe es cū ſanctis tuis lux uera ſacietas plena: iocunditas conſummata: fœlicitas perfecta & gaudium ſempiternum: per eundem Chriſtum dominum noſtrum. Amen.

¶ Aue ſanctiſſima caro ſumma uite dulcedo. Aue cæleſtis potus ante omnia mihi dulcis. Veriſſime & piiſſime amator & reconciliator humani generis ieſu Chriſte æterna ſalus omnium te diligentium: qui propter tuam patientiam permiſiſti me indignum peccatorem polluto corde & ore accipe hoc ſanctū corpus & ſanguinē tuū quem qui accipit indigne nō ad remediū ſed ad iudiciū accipit. quęſo eſto mihi ppitius indigniſſimo peccatori & q es uera & æterna uita dignare per hæc ſacramenta quæ ſumpſi omnem iniquitatem & impietatē meæ prioris uite remittere: & ſequentis uite actionem in laudem & gloriam tui ſanctiſſimi nominis tranſmutare: ut cum ad iudicandum tibi poſt hanc uitam præſentatus fuero: noli me quæſo clementiſſime Deus propter innumerabilia peccata mea damnare: ſed per hanc receptionem

redemptionis nostræ auerte iram tuam a nobis: quam sepissime meis negligentijs plurimis: & peccatoꝝ perpetratione: ꝓhdolor: me profiteor irritasse. O serenissima & inclyta mater domini nostri Iesu Christi uirgo perpetua: quæ eundem creatorē omnium creaturarum, in tuo sacratissimo utero digna fuisti portare: cuius idem ueracissimū corpus & sanguinem ego miser peccator & indignus sumere præsumpsi tuam humiliter deprecor misericordiam. ut ad ipsum pro me digneris intercedere: quatenus quicquid in eius ineffabili sacramento ignoranter aut negligenter cōmisi: tuis sacratissimis præcibus mihi sua pietate ineffabili atq; misericordia inenarrabili dignetur indulgere. Amen.

¶ O uos omnes cetus angelici angeli archāgeli: uirtutes: potestates: dominationes principatus: throni cherubin. & seraphin. qui ab ubertate fontis deifice trinitatis inebriati splēdorem sempiternum ab ipso æternæ diuinitatis lumine recepistis: in quo fœlices beati assidue gaudetis: & in letitia amantes: sine fastidio uidentes: sine me-

dio manducatis ore pleno ipſum panem mellifluum uitæ æternæ: quo me paupe rem dei bonitas hodie lætificare dignata eſt. Vos beatos & electos, ego exul et orhpanus humiliter imploro ut in conſpe ctu throni eius hodie ſtãtes uoce unanimi hymnum & laudem gloriæ eius decãtetis collaudãtes uiuifice dietatis dignationem. que me indignum in perceptione corpo ris & ſanguinis Domini noſtri Ieſu Chri ſti dignata eſt reſpicere.

¶ Diuiſio.

¶ O uos electorum numerus omneſq; ci ues celici: patriarcharum chorus Ioannes baptiſta Chriſti præuius. Ioannes Euan geliſta Chriſti: cuſtoſq; uirgineus: apoſto lorum laudabilis numerus: martyrum roſeus exercitus: ſacerdotum ac confeſ ſorum glorioſus chorus: ſponſarumq; CHRISTI exercitus uirgineus. & ui dualis caſtitas. Vos omnes dilectos & electos dei conuenio. & apud uos uo to ſupplici depoſco atq; ſuppliciter exo ro quatenus omnium bonorum largi torem Dominum noſtrum IESVM

CHRISTVM pro me laudetis & glorificetis: qui me quamuis indignum pauit suo sancto corpore. & potauit sanguine proprio: qui de cœlo uenit. & incarnari a Maria uirgine gloriosa uoluit: hic dat uitam mundo. Rogate etiam præcibus pijs ut adiutus meritis uestris: perueniat ad me & permaneat in me dulcedo sui sacratissimi corporis. & præter illam nullam aliam sentiam saporis dulcedinem implorate etiam mihi apud gloriosam uirginem Mariam dei matrē ut in filio suo Iesu Christo obtineat mihi uite puritatem: peccatorum contritionem: ueram confessionem. & dignam satisfactionem. & post hanc miseriam uestris præmiis & gaudiis fœlicem associetatem: ipso præstante qui uiuit & regnat deus: in sæcula sæculorum. Amen.

¶ Alia oratio.

VEneranda trinitas. & admiranda unitas: pater. & filius & spiritussanctus. Lux uera: luxq; beata humanis sensibus incomprahensa. Tu concede mihi corde natum ex parentis aluum implentem uirginis. Lumē sanctum illucescens cecis, ho

stiam dignam beatum corpus Iesus Chr sti saluatoris nostri mundo palato cordis & oris deguſtare : liceatq; mihi ex diuina gratia oſculari & amplecti dulciſſimum amatorem meum modo ulnis fidei & dile ctionis : tandem autem hac corruptibilita te ſemota libere compræhendam præ nobilem cohæredem meum una cum an⁹ gelis & ſanctarum uirginum choris . per quem cognoſcam ex tunc trinitatem ue⁹ ramq; unitatem perfecte laudando in ſæ⁹ cula ſæculorum. Amen.

¶ Sequitur iubilus ſancti Bernardi mul⁹ tum deuotus . Q ui etiam dici poteſt poſt ſanctam communionem.

IEſu dulcis memoria. dans uera cordis gaudia ſed ſuper mel & omnia eius dul cis præſentia. Nil canitur ſuauius : auditur nil iocundius nil cogitatur dulcius: quam Ieſus dei filius. Ieſu dulcedo cordiũ : fons uiuus lumen mentium : excedens omne gaudium & omne deſiderium . Ieſus ſpes pœnitentibus, quam prius te petentibus. Quam bonus exquirentibus . ſed quid

inuenientibus, nec lingua ualet dicere, nec litera exprimere, expertus nouit cernere, quid sit Iesum diligere. Iesum quæram in lectulo, clauso cordis cubiculo, priuatim & in publico, quæram amore sædulo, cum Maria diluculo, Iesum quæram in tumulo, clamore cordis querulo, mente quæram non oculo, tumbam perfundam fletibus, locum replens gemitibus, Iesu prouoluar pedibus, ipsum habens amplexibus, Iesu tu rex amabilis, dulcedo ineffabilis, & triũphator nobilis, totus desiderabilis: mane nobiscum domine, mane nouo cum lumine, pulsa, noctis caligine, mentem replens dulcedine, Iesus amor dulcissimus, & uere suauissimus, plus millies gratissimus, q̃ dicere sufficimus: experti recognoscite, amorem pium poscite, Iesum ardenter quærite, quærendo inardescite. Iesu auctor clementiæ, totius spes lætitiæ, dulcoris fons & gratiæ, ueræ cordis delitiæ: cum digne loqui nequeam, de te tamen non sileam, amor facit ut audeam, cum de te solo gaudeam: tua Iesu dilectio, grata mentis refectio, replens sine fastidio, dans famem desi

derio. qui gustant te esuriunt, qui bibunt adhuc sitiunt, desiderare nequeunt, nisi Iesum quem diligunt: quem tuus amor inebriat, nouit quid Iesus sapiat: fęlix gustus quem satiat, non est ultra quod cupiat. Iesu decus angelicum, in aure dulce canticum, in ore mel mirificum, in corde nectar cælicum: desidero te millies, mi Iesu quãdo uenies, me quando lætum facies, de te me quando saties: amor tuus continuus, mihi languor assiduus, mihi Iesus melli fluus, fructus uitæ perpetuus: Iesu summa benignitas, mira cordis iocunditas, incomprehensa bonitas, tua me stringit charitas: bonum mihi diligere, Iesum, nil ultra quærere, mihi prorsus deficere, ut illi quæam uiuere: o Iesu mi dulcissime, spes suspirantis animæ, & consolator optime, te quærunt piæ lachrymæ, & clamor mentis intimæ: quocunq; loco fuero, Iesum me cum desidero, q̃ lætus cum inuenero, q̃ fœlix cum tenuero, & illi ad pedes fuero, & lachrymulis cordis lauero: tunc amplexus, tum oscula, quæ uincunt mellis poculla, sed in his parua morula: IESVM

ſequar per ſæcula : iam quod quæſiui uideo quod concupiui : teneo : amore Ie ſu langueo: & corde totus ardeo. Hic amor ardet iugiter: dulceſcit mirabiliter: ſapit de lectabiliter delectat & fœliciter . Hic amor miſſus celitus heret mihi medullitus: men tem aſcendit pœnitus: hic delectatur ſpiri: tus. O beatum incendium: o ardens deſide rium: o dulce refrigerium: amare dei filiũ. Ieſus cum ſic diligitur : hic amor non ex: tinguitur nec tepeſcit nec moritur : plus creſcit cum accenditur . Ieſu flos matris uirginis : amor noſtre dulcedinis : tibi laus honor numinis: regnum beatitudinis Veni ueni rex optime : pater immenſe glo riæ: effulge clare letius : iam expectatus ſæpius Ieſus ſole ſerenior & balſamo ſua: uior omni dulcore dulcior præ cunctis a: mabilior. Cuius amor ſic afficit: odorq; ſic me reficit: in quẽ mens mea deficit : ſolus amanti ſufficit. Tu mentis delectatio amo ris conſummatio : tu mea gloriatio: Ieſu mundi ſalutatio. Mi dilecte reuertere : con ſors paterne dextere. hoſtẽ uiciſti ꝓſpere: iã cęli regno fruere. Sequar quocũq; ieris

mihi tolli non poteris: cum meum cor ab stuleris : Iesu laus nostri generis. Cœli ci ues occurrite :portas uestras attollite triū phatori dicite:salue Iesu rex inclyte . Rex uirtutum rex gloriæ:rex insignis uictorie Iesu largitor gratiæ:honor cælestis curie. Te cœli chorus prædicat: & tuas laudes re plicat. Iesus orbem letificat: & nos deo paci ficat. Iesus in pace imperat: quæ omnē sen sum superat: hunc mea mens desiderat: & eo frui properat. Iesus ad patrem redijt: cę Ieste regnum subeiit : cor meum a me trā sijt: simul post eum abiit. Q uem prosequa mur laudibus: hymnis uotis & præcibus: ut nos donet cœlestibus: cum ipso frui se: dibus. Amen.

¶ Item alia oratio ad sanctam communio nem dicenda plurima deuota.

ROgo te Iesu christe fili dei per gloriā tue sanctissime passionis ut hodie in: troducas animam meam in cellam tue dul cissime dilectionis . Et omnia impedimen ta eijciens: fac me interesse gaudio & silen tio mutue coniunctio nis : ut cum plena

charitate possim pfrui dulcedine tuæ optatæ consolationis. ueni pater orphanorum fidelissime. ueni consolator omnium miserorum dulcissime, propina mihi talem potum de cellarijs uulnerum tuorum, per quem omnia uiscera mea sentiant te immemorem esse omnium delictorum meorum. rogo te domine Iesu Christe per sanguinem tuum præciosum, quem tu uoluntarie effudisti in cruce in tua passione, ut hodie perfundas cor meum & animam meam tua sancta benedictione, & facias me indignum famulum tuum corpus tuum sanctissimum & sanguinem tuum preciosissimum percipere cum tali deuotione & reuerentia ut æternaliter merear gaudere in tui uultus & aspectus sanctissimi cõtemplatione. ueni fons misericordiæ. ueni consolator optime, munda hospitium animæ meæ. non enim fas est ibi aliquid immunditiæ esse ubi tu regnaturus es rex & sponsus uirginalis pudicitiæ. filiæ hierusalem nunciate dilecto, quia omnium peccatorum meorum emendationem iam perpetrationem spondeo. toto corde meo me

emendare desidero, quia sine illo nullatenus uiuere uolo, nec etiam ualeo. rogo te domine Iesu Christe per quinq; uulnera tua, ut hodie digneris animam meam plenam immunditijs & maculis innumerabilibus lauare & dealbare in unda tui præcioſissimi ſanguinis, ut licet non ſim dignus uocari unus de tuis minimis, tu tamen tam potens es & tam miſericors, ꝙ me aſcribere tuis caris & dilectis poſſis. ueni amicorum fidelis amice. ueni dulcis conuiua peccatorum pœnitentium, fac animam meam epulari in azimis uulnerum & membrorum tuorum foraminibus, ut æternaliter merear lucere & gaudere in cõſpectu oculorum tuorum, rogo te domine Iesu Christe per ſanctiſſimas cicatrices corporis tui ut cito uenias & dirumpas omnium peccatorum meorum uincula, & extinguas hodie mea uitia, ut nec ſcintillam unius delicti poſſit mihi in meo fine obijcere dyabolica malitia. ueni medicina animarum. ueni piſcina oĩum gratiarꝝ, & ſicut in paſchali nocte tuos captiuos eduxiſti de locis pœnarum, ita libera hodie ani-

mam meam de uinculis & nexibus omnium miſeriarum. Filie hieruſalem nunciate dilecto: quia thalamum cordis mei iam p̄paro: & quia ſine illo nullatenus uiuere uolo nec ualeo. Rogo te Domine IESV CHRSTE per tuam ſanctiſſimam paſſionem: ut hodie ſuper candellarium animæ meæ ponas tui dulciſſimi corporis candellam: ut accendat tui præcioſiſſimi ſanguinis flammam: ut ſicut quondā tuis ſanctiſſimis manibus non deſpexiſti tangere & ſanare imundiſſimam lepram: ita non deſeras omnibus uirtutibus & membris perfūgere & ſanare uulneratam animam meā. Veni refugium pauperum: ueni unica ſalus mea: & perfice mei cordis deſiderium. Tibi enim letus poſſum oſtendere acerbitatem uulnerum meorum. quia tu ipſe ſenſiſti & ſuſtinuiſti dolorem & amaritudinē uulnerum. Rogo te Domine Ieſu Chriſte per gloriam tue paſſionis: ut accendas in corde meo ignem tue dilectionis: & non ſinas me ſeparari de gaudio tue contemplationis: quia magis optas uitam quam mortem peccatorum. Veni mundi gloria ueni

cœlorum

cœlorum gaudium, qa tibi aperta est cor-
dis mei ianua. Ecce expectant & desiderāt-
te omnia uiscera mea, quia tota salus & ui
ta mea pendet in tua misericordia. Rogo
te Domine Iesù Christe per uulnera, quæ
pertulisti in tuis sanctissimis manibus, ut
hodie digneris animam meam mundare
de omnium uiciorum sordibus, & digne-
ris respgere omnium uirtutum floribus
& foliis, ut rex regum in ea ingrediens
talem odorem sentiat, qui aternaliter redo
leat, in tuis gaudijs & desideriis. Veni sol
iustitiæ, ueni stella matutina, illumina tene
bras animeæ meæ, tu qui solus potes iustū
& sanctum de peccatore facere, quia tibi
nihil est impossibile, quoniam & omnes
præsumentes de te possunt saluari, & in te
sperantes nunquam uis derelinquere. Ro
go te domine IESV CHRISTE per uulne-
ra & per uestigia pedum tuorum ut dum
hodie ad suspirandum aperiam cor meū,
tu aperias mihi tui iuncundissimi cordis
Paradisum & cœlum, & facias sic ani-
mam meam intrare in te dulcissimum
IESVM, ut in tuo dulcissimo amore

floreat & crescat & permaneat nunc & in euum. Veni illuminator cordium, & il lumina animam meā, ueni & restitue mihi omnem tuam gratiam, ut tibi possim se curius enarrare meam miseriam, qui non me minus diligis quam tuam carnem & & tuam propriam animam. Filie hierus salem nunciate dilecto, quia amore eius langueo, & nullatenus sine illo esse uolo nec ualeo. Rogo te Domine IESV CHRI TE per uulnus tui sanctissimi lateris, ut hodie ponas in cor meum tui præciosissi mi sanguinis & corporis scalam & facias animam meam per ipsam ascendere cum sanctis angelis, ut possit misericordiam tuam inuenire & quærere in singulis arti culis membrorum tuorum. Veni æterni solis radius, ueni redemptor meus & libera me de omnibus tribulationibus me is. Ecce enim sum despectus & proiectus ab omnibus cordibus, & tibi sum soli derelictus, quia tu me nunquam despe xisti, sed semper dilexisti totis medullis & uisceribus. Filie Hierusalem nunciate dilecto, quia moram aduentus eius diu

tius ferre nequeo, & quia ſine illo uiuere nolo, nec ualeo. Rogo te domine Ieſu Chriſte per guttas ſanguinis tui, ut hodie producas de corde meo & oculis meis fontē lachrymarum & pœnitentiæ, & emundes animam meam ab omnibus peccatis & miſeriis, & facias me nunc & ſemper, & in ora mortis tam mundum & decorum apparere coram te ſicut fui ante confirmationem mundi, & in tua uoluntate ſemper perſeuerare. Veni lux pennis, ueni abyſſus dulcedinis, quia nullum in te ſperantem ſpernis nec repellis. Ecce iam tempus eſt ut animam meam corones uirtutum, ornamentis, quia hodie feſta letitie celebrauit in tuis uulneribus & in tuis membris. Rogo te Domine IESV CHRISTE per amariſſimas lachrymas tuas, quibus pfundebaris pro mea ſalute. ut facias me hodie tibi propinare omnem deuotionem & charitatē quam in tuo æterno deſiderio ſitiuit tuus æternus effectus, & inuoluas in ſyndone aiæ meæ tuū præcioſſimū corpus, q̄ de ⁊ginali utero p̄ me aſſūpſiſti, & laua aīam meā i tuo ſanguīe, & extigue oīa pec

cata q̃ in cruce amarillime defleuisti. ueni electus ex millibus. ueni decor & decus & honor pr̃næ gloriæ, q̃ mihi præ cunctis es ꝓpitius & ꝓxim'. nõ eni decet ut mihi cõ solationem tuam diutius subtrahas: quia aia mea quam diligis impugnatur dæmoniorum artibus, ideo aduẽtum tuum toto corde desiderat. rogo te dñe Iesu xp̃e per oẽs dolores & afflictiones quas sustinuisti in tua hnmanitate triginta tribus annis, ut in effabilem tuam misericordiam, & meam multifariam miseriam in statera digneris ponderare: & quantum uides tuam bonitatem meam malitiam mensura & grauitate supare: tantum stude tuam ineffabilem misericordiam & gloriam in me misero peccatore æternaliter magnificare. ueni uirtutum seminator. ueni totius salutis & suauitatis reparator. ecce anima mea quam diligis infirmatur, & non põt ꝓualescere, nisi tu sis eius fidelis medicus, quem toto desiderio quærit, & postulat, quia moram tui aduentus diutius ferre non põt. filiæ hierusalem nunciate dilecto, quia multum desidero ut animam meam ꝓsoletur sui proprij

oris colloquio, quia sine illo nullatenus ui uere uolo, nec ualeo. rogo te dñe Iesu xp̃e per tuam paschalem uictoriam, ut sicut tu pendens in cruce nullam tui sanguinis in te tenuisti guttam, ita hodie nullius ꝑmit tas in me ꝑmanere peccati maculam, sed facias me corpus & sanguinem tuum præ cioſum ita sumere, ut per ipsum merear ꝑficere de gratia in gratiam, ut in tua uisio ne merear ascendere de gloria in gloriam. ueni uera mundi salus. ueni uirginis filius & uirginum corona, impone languẽti ani mæ meæ tuas paternas manus & sanctas. quis enim potest mihi ita paterne & mise ricorditer operari. uel quis est ad omnem salutem meam ita paratus, sicut tu qui cun ctis amaritudinibus pro me es iebriatus, ideo multum desiderat misera anima mea ut osculetur proprij oris tui osculo dulciſ simo. rogo te dñe Iesu xp̃e dulcissime per tuam glorioſam resurrectionem, ut ho die extinguas in corde meo omnem noci uam & malam dilectionem, & non sinas me hic habere ullam terrenam consolatio nem, ut in tuo amore dulcissimo possim

habere plenam licentiam & assiduam dilectionem. Veni amoris sagitta. ueni laus & gloria cœlestis palatij. ueni cuius uisceribus mea memoria est inscripta. Quis dignius uel fidelius delebit omnia mea delicta: q̃ tu: cui sola anima mea est derelicta, ideo multum ex toto corde meo desiderat anima mea ut proprij oris tui colloquio consoletur dulcissimo. O Iesu amabilis. O laude plus laudabilis. o gaudium melliflu um. o amor cordis irriguus. totus desidera bilis: frui fac me tua dulcedine Iesu hic & in æterna beatitudine per infinita sæculo rum sęcula. Amen.

¶ Oratio post sanctam communionem.

BEnedictus es potentissime domine Ie su Christe rex æternæ gloriæ promissor & largitor sempiternæ beatitudinis: qui de utero matris meæ cum integris mẽbris & sensibus conduxisti: & hodie de om nibus membris & uulneribus tui sanctissimi corporis nouam & singularem gratiam mihi dulciter & largiter infudisti. Benedictus es sanctissime deus: qui me ad

imaginem & similitudinem tuam creasti: omnibus uirtutibus decorasti : & hodie per corpus & sanguinem tuũ decore imaginis tue misericorditer illustrasti : & omnes uirtutes tuas in me miserabilius reserpsisti & reformasti. Benedictus es clementissime deus : qui me in lauachro baptizans tibi cœlesti sponso desponsare uoluisti & hodie corpus & sanguinem tuum ad donum noue desponsationis : & consummationis legitime tue dilectionis contulisti. Benedictus es largissime deus : qui ab infantia mea usq; in hanc horam innumerabilia beneficia & inexplicabilia dona mihi contulisti. & hodie corpus & sanguinem tuum mihi ad augmentum & consolationem omnium donorum & beneficiorum tuorum tradidisti Benedictus es mitissime Deus : qui in omni fidelitate mea & in omnibus peccatis meis patienter tolerando usq; in hanc horam uitam meam distuliſti : & in hac fœlicissima hora per corpus & sanguinem tuum omnia peccata mea obliuioni perpetue tradidisti ; & me in memo-

riam tui cordis fœliciſſimi, & in omnia ui ſcera miſericordiæ tuæ fœliciter deſcripſi: ſti. benedictus es nobiliſſime deus, qui me a multis peccatis & miſerijs cuſtodiſti: & de illis in quas inciderã, miſericorditer li beraſti: & hodie per corpus & ſanguinem tuum omnem dãnationem meam & ſalua tionem miſericorditer conuertiſti. benedi: ctus es donãtiſſime deus qui me a uanitate ſæculi, & de conſolatione omniũ paren: tum meorum eduxiſti, & hodie per corpus & ſanguinem tuum ſatiaſti, & ſanctorum tuorum amicitiæ miſericorditer coniunxi ſti. benedictus es pijſſime deus, qui mihi in omni tentatione & tribulatione pia conſo latione ſemper aſtitiſti, & omnia deſideria mea, & omnes labores meos tuo patri in tuis uulneribus oſtendiſti, & obtuliſti, & præcioſo corpore & ſanguine tuo miſeri: corditer me ſatiaſti, æternamq; mercedem & conſolationem mihi comparaſti & acq; ſiſti. benedicat te clementiſſima, pijſſima, miſericordiſſima, & dulciſſima mater tua uirgo Maria, ℣ ipſum corpus & ſangui: nem quod de ſuo utero uirginali ſuſcepi:

sti, mihi hodie ad æternum remedium con tulisti, & per ipsum me ꝑsortem & ꝑciuem omnium sanctoꝝ tuoꝝ fecisti. benedicant te omnes angeli, archangeli, throni, princi patus, dominationes, potestates, uirtutes, cherubin, seraphin, & omnes sancti tui, ꝙ ipsis nouum gaudium & dulce ꝓuiuium de mea salute fecisti: & te æternæ uitæ spe culum, in quo oī hora oēs sancti desiderāt ꝓspicere cum oī fidelitate tua hodie desiderio meo tribuisti. benedicant te oēs sancti Patriarchæ & ꝓphetæ tui, ꝙ tu creator cæli & terrę in angustia cordis mei hodie quiescere uoluisti, & oīa interiora mea rore tuę largissimæ benedictionis copiosæ ꝓfudisti. benedicant oēs sancti Apostoli & Euangelistæ tui, ꝙ hodie cum aīa mea cœnare uoluisti, & dulcem māsionem apud me faciēs usqꝫ in finem uitę meæ mecum ꝓmanere dispossuisti. benedicāt te oēs sancti martyres & ꝓfessores tui, ꝙ meam miseram aīam in amplexus paternæ misericordiæ tuæ hodie suscepisti stolam, anulum & oīa ornamēta uirtutum de tua misericordia mihi ꝓtulisti. benedicāt te oēs sanctæ uirgines tuę, ꝙ uir

gineum corpus tuum tanquã rosam in animam meã plantare uoluisti: & eam flores uirtutum & fructus gratiarum de tuis membris & uulneribus capere & colligere uoluisti & fecisti. Benedicat te multitudo continentium: uiduarum: & pœnitentium: ꝙ tu languentium medicus benignissime cum omni misericordia tua hospitiũ mei cordis introisti: & omnia uulnera aiæ meæ medicamento corporis & sanguinis tui hodie perungendo æternæ saluti tue restituisti. Benedicant te cœli & omnis laus & iubilus cœlorum: ꝙ hodie misere animæ meæ cœlos uulnerum tuorum aperuisti. & eam in te uerum paradisum sempiterne iocunditatis & fœlicitatis introduxisti. Benedicat te terra terrarumq; plenitudo ꝙ me hodie de homine angelum: de terra cœlum fecisti: ueꝝ tu solus dignatus es mihi dominari & mihi misereri: quia tuo pretioso sanguine me redemisti. Bñdicat te mare & omnia quæ in eo sunt: ꝙ uirtutem grãꝝ & omnium bonorum in te participem me fecisti: & ꝙ nũquam potes aut uis derelinquere: quia uinculo corporis & sanguinis

tui indiuisibiliter me tibi hodie cõnexi: & omnia bona mihi cõfers & nunciasti. Ecce aïa mea hodie in thalamo amoris tui uirgineo flori sociata. Rogo te per quinq; uulnera tua: per sanguinem: per sudorem: per angustias: p lachrymas: per oẽs afflictiones & dolores cordis & corporis tui: per sanctam passionem tuam: ut amarissimã mortem tuam,: ut animam meam & omnia uiscera mea tua benedictione & tua dulcissima dilectione pfundas & repleas: & usq; in finẽ uite meæ mecũ pmanẽdo ꝓserues illam gratiam & illam mundiciam: quam mihi contulit & restituit tua incõprahensibilis bonitas: & nunc deprecor te o dulcissime Iesu: ut fructuosum in me facias tuũ aduentum: & liberes me in hac hora & in omnibus diebus uite meę de omni nocibili tentatione: & tibi connectes me: & omnia opera mea & desideria: ut nunquam possim separari de tua misericordia & de tua dulcissima dilectione: & clarissima uisione pulcherrimi uultus tui: ut meream in te florere & regnare nunc & in perpetuum. Amen.

¶Item orario post sanctam cõmunionem.

EYa uãc oro dulcissime deus, ut hoc dul cissimum sacramẽtum sit mihi omniũ peccatoꝝ meoꝝ efficacissimum medicamen tum, sit mihi charissime deus hoc dulcissi mum sacramentum, oĩs uirtutis & gratiæ uirtuosissimum complementum. sit mihi benignissime deus hoc suauissimum sa; cramẽtum tam in uita q̃ in morte ꝓtra oia pericula ualidissimum sustentamẽtum. mi dñe deus te deprecor per sanctam euchari stiam ut a peccatis mundatus, meritis fœ cundatus, fine bono ꝓsumatus, tecum sim sine fine beatus. deprecor te amantissime ie su pro oĩbus mihi ꝓfessis, pro oĩbus fami liaribus, & pro oĩbus benefactoribus meis ut per adiutricem huius sacramenti uirtu tem adiuues & dirigas eos ad æternam sa lutem. deprecor te mi dñe Iesu xp̃e pro oĩ bus mihi in orationibus cõmissis, ut ꝓ con firmatricem huius sacramẽti uirtutem con firmes & munias eos ad ꝓternam salutem. deprecor te benignissime deus pro pecca; toribus uniuersis ut per reparatricem hu ius sacramenti uirtutem repares & confir

mes eos ad æternam salutem. deprecor te dñe Iesu xp̃e pro omnibus fidelibus defunctis, ut per liberatricem huius sacramenti uirtutem liberes eos & ꝓducas eos ad æternam salutem. Amen.

¶ Item post communionem sanctam immediate dicenda.

ANima Christi sanctifica me. corpus Christi salua me. sanguis Christi inebria me. aqua lateris Christi laua me. passio Christi conforta me. bone Iesu exauadi me. in uulneribus tuis absconde me. ab hoste maligno defende me. in hora mortis meæ uoca me, ꝓtege me, pone me iuxta te ut cum sanctis angelis tuis in sæcula sæculorum laudem te. Amen.

¶ Postmodum dic illam. Hæc sunt conuiuia: quæ superius ponitur & consequenter alias ad placitum. Et notandum ꝙ quicunq; deuote dixerit orationem illam habebit tria milia dierum indulgentium criminalium peccatorum & uiginti milia dierum ueniaꝝlium a Domino Ioanne Papa uigesimo secundo.

¶Item alia oratia ante ſanctam cómunio; nem dicenda quando ſtatim uis commu; nicare ædita a ſancto Thoma de aquino.

DOmine Deus meus non ſum dignus ut intres ſub tectum meum : ſed con fiſus de tua pietate & clementia : accedo ad ſacramentum corporis & ſanguinis unige niti filij tui Domini noſtri ieſu Chriſti. Ac cedo inquam ſicut infirmus ad medicum uite. Immundus ad fontem miſericordiæ: Cæcus ad lumen claritatis æternæ. Egenus ad Dominum cœli & terræ. Nudus ad re gem gloriæ. Ouis ad paſtorem. Figmen tum ad ſuum creatorem: Deſolatus ad piũ conſolatorem. Reus ad dei & hominum mediatorem. Miſer ad miſericordem. Cri minoſus ad indulgentiæ largitorem. Mor tuus ad uiuificatorem. Impius ad iuſtifica torem. Induratus ad gratiæ infuſorem. Ro gans immenſe maieſtatis tue abundantiã: quatenus meam digneris ſanare infirmita tem : lauare fœditatem. Illuminare cæcita tem. Ditare paupertatem. Veſtire nuditatas tem. Reducere erroneum. Conſolari deſo; latum. Reconciliare reum. Dare miſericor;

diam miſero. Indulgentiam criminoſo. Vitam mortuo. Iuſtificationem impio. Vnctionem gratiæ induranto. ut te panem angelorum regem regum Dominum dominantiũ tractare & ſuſcipere merear ea corporis caſtitate & animi puritate: ea cordis contritione & lachrymarum fonte: ea letitia ſpirituali & cœleſti gaudio: eo timore & tremore: ea reuerentia & honore; ea fide & humilitate eo ꝓpoſito, & amore: ea deuotione & gratiarum actione: quibus oportet & decet & animæ meæ expedit ita ut placide & benigne ſacrificiũ ſuſcipias de manibus meis ad ſalutem meam & omnium fidelium tã uiuorum quam mortuorum. Amen.

¶ Item alia de eodem.

NE iraſcaris q̃ſo dñe: ne iraſcaris q̃ ego imũdus imũdo corde: ac pollutus pol luta mẽte ad ſacroſanctũ corpus p̃cioſum q̃ ſanguinem tuum accedere præſumo. Recordare obſecro: q̃ mulierem ſanguinis fluxum patientem a tactu fimbrie ueſtimẽti tui nõ prohibuiſti. Illam quoq̃ peccatricẽ flentẽ ac pœnitentẽ a ſanctorum pedũ tuorum oſculo nõ ꝓpieciſti. ita & me miſerum ꝓ inume

ris ſceleribus meis a communione tanti myſterij non repellas uelut indignum: ſed concede mihi cordis compunctionem & fontem lachrymarum ad luenda peccata mea ac ſcelera & delicta ut mundo corde & pura ꝑſciẽtia ad remedium animæ meę: & ad remiſſionem omnium peccatorum meorum promerendam & ad uitam æternam cum ſanctis tuis fœliciter poſſidendã merear accipe corpus & ſanguinem tuum & ſpirituſſancto tuo repleri: & diuinis affectibus ſemper inſtaurari. O amantiſſime & mittiſſime deus: da mihi quæſo corporis & ſanguinis tui nõ ſolum ſuſcipere ſacramentum, ſed etiam uirtutem ſacramenti. ita ut hæc ſacramenta cœleſtia efficiantur mihi ſalus & uita. Da mihi ita de te ſatiari & inebriari, ut nihil præter te ſitiã in æternum. Preſta mihi ſic ſuſcipe corpus tuum qđ de uirgine traxiſti, ut corpori tuo myſtico merear incorporari & inter eius membra cõnumerari Cõcede mihi temetipſum quem nunc quidem uelatum ſuſcipere ꝓpono, reuelata tandem facie contemplari. Saluator mundi qui cum patre & ſancto

ſpiritu

ſpiritu uiuis & regnas deus per omnia ſæ cula ſæculorum. Amen

¶ Item oratio poſt ſanctam cõmunionẽ.

INeffabilem miſericordiam tuam Domi ne Ieſu Chriſte humiliter exoro: ut hoc ſacramentum corporis & ſanguinis tui q̃ ſuſcepi ĩdignus: ſit mihi purgatio ſceleꝝ: ſit fortitudo fragilium. ſit p̃tra mundi peri cula firmamẽtum: ſit impetratio uenie: ſit ſtabilimentum gratiæ ſit medicina uitæ. Sit memoria paſſionis tue: ſit contra debilita tem fomitis. ſit uiaticum peregrinationis. Euntem me conducat: errantem me redu cat. Reuertentem ſuſcipiat. titubantem me teneat: cadentem me erigat. & perſeueran tem in gloriam introducat: O altiſſime de us beatiſſima præſentia corporis & ſangui nis tui ſic immutet palatum cordis mẽi: ut præter te nullam unq̃ ſentiat dulcedinem: nullam amet pulchritudinẽ: nullum quæ rat illicitum amorem: nullã deſideret ꝙſo lationẽ: nullam admittat unq̃ delectationẽ: nullũ curet honorẽ: nullam timeat crudel tatẽ: Q ui uiuis & regnas deus. p oia ſcꝛa. ſ

¶ Sequit oro ſancti Ambroſij de paſſione

Domini : quam Aanastasius papa primus confirmauit dans singulis eam dicentibus quingentos dies indulgentiarum.

DOmine Iesu CHRISTE fili dei uiui creator & rescuscitator generis humani. Gratias tibi referimus : licet indignas : sed utinam deuotas & tibi gratas : quia pro nobis miserrimis de cælo descendisti : & ex beatissima uirgine Maria carnem assumpsisti : de ipsa quoq; nasci uoluisti. Pannis fuisti inuolutus : in p̃sepio positus: uberibus lactatus: carne circũcisus: magis manifestatus: & ab ipsis adoratus: in tẽplo p̃ntatus : in egypto relegatus: ad patriam reuersus: parentibus subditus: a Ioanne baptizatus. Ieiunio quatẽrdeno attennatus. ter a demone tentatus: itineribus fatigatus: uigilijs fame & siti maceratus: prædicãdo laxatus: cõpatiendo lachrymatus: iudeis reprobatus: sæpius ab eisdem iniuriatus: instante uero passione tua uoluisti contristari & mestus esse: & ut uerus hõ pauere simul, & tedere. positis genibus orando ter in faciem procidere, fa

ctus in agonia guttas emittere ſanguinis pro ſudore. A iuda denicp fuiſti traditus, & ab ipſo fraudulenter oſculatus, ab impijs iudæis cum impetu compræhenſus, uinculis quaſi latro ligatus, ſolus præfecto derelictus diſcipulis metu fugiẽtibus. Ad pontificem Annam adductus. ibidem alapa percuſſus. miſſus ab ipſo ad Cayphamuinctus, & ibidem multipliciter deriſus. In concilio iudæorum ſtatutus, per falſos teſtes accuſatus, morte turpiſſima condemnatus, ſputis facie contaminatus, opprobrijs laceſſitus, contumelijs affectus colaphis ceſus, palmis iterum percuſſus, multis modis blaſphematus, uinctus pilato traditus ad mortem inſtanter accuſatus, herodi a Pilato miſſus. ibi nihilominus criminatus, ad herode & exercitu ſuo ſprætus, indutus alba ueſte ad pilatum remiſſus. Nudus ad columnam iuſſu pilati ligatus, uſcp ad ſanguinem acriter flagellatus, ab eodem morti adiudicatus ad crucifigendum militibus traditus. A quibus iterum exutus ueſte purpurea indutus, corona ſpinea coronatus. Arun-

dine pro sceptro insignitus: genuflexo sa-
lutatus irridenter rex iudeoꝝ nominatus.
Tertio alapis cesus iterum facie cõsputus
arundine capite percussus: veste purpurea
exutus: ligno crucis oneratus. Ad passiõis
locum adductus: ibi myrrato uino cũ felle
potatus: uestibus proprijs tertio exutus: in
cruce demũ extensus. clauis manus & pe-
des ꝑfixus: & sic inter latrones crucifixus:
& cum sceleratis deputatus. A prætereun
tibus quoqꝫ & astantibus pendens in cru-
ce crudeliter blasphematus: clamans: deus
meus deus meus: ut quid dereliquisti me.
Tandem sitiens aceto potatus inclinato ca
pite mortuus. A milite lancea latere perfo
ratus: unde exiuit sanguis & aqua. Sero de
cruce positus: in monumento a Ioseph se-
pultus resurgens tertia die tuis appuisti:
quadragesimo die cœlos ascendisti: sedẽs
ad dexteram patris promissum paraclytũ
discipulis misisti. Demum ad iudicium uẽ-
turus singulis promittis ꝙ bonum uel ma
lum es redditurus. Tu Domine ieſu Chri-
ste per has sanctissimas penas tuas: & per
mortem tuam præciosissimam: & per præ-

cioſſimum ſanguinem tuum: pro nobis ef
fuſum: atq; per omnia alia hoc det prædi
cta: per tuam quoq; ineffabilem miſericor
diã: ac p̃ præces & merita beatiſſime ſem
per uirginis mariæ: & omnium ſanctorum
tuo⁊ me ſordidum peccatorem. N. & om⁊
nes parentes meos: fratres & ſorores: ami
cos & inimicos meos: & omnes pauperes:
tentatos & deſolatos. uinctos & infirmos:
& omnes pro q̃bus orare teneor: atq; om⁊
nem populum Chriſtianum a tribulationi
bus & anguſtiis eripe: a dyaboli laqueis &
a peccatorum uinculis. atq; ab omni malo
animæ & corporis nos libera & ſalua: & ab
his nos ſemper protege: omnes cogitatio
nes & actiones noſtras taliter ut tibi ſint ac
ceptabiles ſemper diſpone. Tua gratia ac
ſancta pace atq; omni uirtute nos reple: &
in his uſq; ad mortem perſeuerare tribue:
bonum finem uitæ noſtræ nobis concede:
& nos prænominatos uiuos poſt mortem
ac de eis iam mortuós: & omnes fideles de
functos ab omnibus penis redime: & ad
cœleſtis regni gloriam ſempiternam nos
omnes fac miſericorditer peruenire. Qui

cū patre & ſpiritu ſancto uiuis & regnas deus . Per omnia ſæcula ſæculorum. Amen.

¶ In eleuatione corporis Chriſti dicoras tiones ſequentes.

AVe uerum corpus Chriſti natum ex maria uirgine: uere paſſum & immolatum in cruce pro homine: cuius latus p foratum uero fluxit ſanguine : eſto nobis præguſtatū: mortis in examine. O clemēs: o pie: o dulcis fili marie: miſerere meí . Et da ſicut te nunc uidere merui in forma panis ita cum ad iudicādum ueneris ſecurus & gaudens te merear uidere in gloria tue maieſtatis. Amen.

AVue caro Chriſti: caro immolata crucis ara redemptionis hoſtia morte tua nos amara fac redemptos luce clara tecū fui gloria. Aue uerbum incarnatum: in altari ꝓſecratum: panis uiuus angelox: ſalus & ſpes infirmox: medicina peccatox. Salue corpus ieſu Chriſti: quod de cælo deſcēdiſti: & populum redemeſti: cum in cruce pependiſti. Ieſu bone fons pietatis laus angelorum: gloria ſanctorum: ſpes peccatorum

miſerere nobis. Amen.

¶ Oratio ſancti Thome de aquino in eleuatione corpus chriſti uel poſt dicenda in fra actionem.

ADoro te deuote latens deitas: quę ſub his figuris uere latitas. Tibi ſe cor meum totum ſubiicit: quia te contemplans totum deficit. Viſus guſtus: tactus: i te fallitur: ſed auditu ſolo tute creditur. Credo quicquid dixit dei filius: uerbo ueritatis nihil uerius. In cruce latebat ſola deitas ſed hoc latet ſimul & humanitas: ambo tamen credens atq; confitens: peto quod petiuit latro penitens: plagas ſicut thomas non intueor: deum tamen meũ te eſſe ꝓfiteor: fac me tibi ſemper magis credere: in te ſpem habere: te diligeř. O memoriale mortis domini panis uerus uitam præſtans homini. Præſta meæ mẽti de te uiuere: & te illi ſemper, dulce ſapere. Pie pellicane ieſu domine me in mundum munda tuo ſangu ine. Cuius unda ſtilla ſalum facere totum mũdum poſſet omni ſcelere. Ieſu pie quem nunc uelatum aſpicio: quando fiet illũd

quod tantum ſitio: ut te reuelata cernens facie: uiſu ſim beatus. tue gloriæ. Amen.

¶ Item ſalutationes dñi noſtri Ieſu Chriſti reuelate cuidam deuoto uiro: qui dum iuxta conſuetudinem ſuam quotidie ſalutaret beatam uirginem certis orationibus: tandem dominus Ieſus ſibi apparens has ſalutationes eum docuit: atq; ut eum quotidie ſic ſalutaret admonuit.

AVe Ieſu Chriſte uerbum patris filius uirginis: agnus dei: ſalus mundi. hoſtia ſacra: uerbum caro: fons pietatis. Aue Ieſu Chriſte laus angelorum: gloria ſanctorum: uiſio pacis: deitas integra: uerus homo: flos & fructus uirginitatis. Aue ieſu Chriſte: ſplẽdor patris: princeps pacis: ianua cæli: panis uiuus: uirginis partus: uas deitatis: Aue ieſu Chriſte: lumen cæli: præcium mundi: gaudium noſtrum: angelorum panis: cordis iubilus: rex & ſpõſus uirginis mr̃is. Aue Ieſu Chriſte: uia recta: ueritas perfecta: præmium noſtrum charitas ſumma: fons amoris: pax durabilis: requies uera: uita perennis. Amen.

¶ Item in eleuatione.

AVe in euum ſanctiſſima & pręcioſſima caro. Aue in euum ſanctiſſima & præcioſſime ſanguis domini noſtri ieſu Chriſti. Aue ſalutaris uictima pro ſalute humani generis in ara crucis oblata. Aue hoſtia ſufficiẽtiſſima. Aue refectio delicatiſſima. Aue ieſu Chriſte. Aue redemptor mundi. inexiſtimabilis gloria omnium electorum qui pro nobis miſeris peccatoribus dignatus es hanc carnem de immaculata uirgine aſſumere: & hunc ſanguinem de latere tuo effundere pẽdens iu cruce: mũda nos: ſanctifica nos. Dirige nos in uiam ſalutis æternæ. Et ſicut in hoc tam ſacro myſterio facta eſt tranſmutatio de pane & uino ſic nos in te tranſmuta: & gratiæ apta totaliter & conforma. Amen.

¶ De corpore Chriſti oratio deuotiſſima poſt elenationem dicenda.

DOmine ſancte pater qui agnum immaculatum hoc tibi offerendum in ſummi amoris amenitate ſuſcipis: te ſupplices exoramus: ut deſiderium noſtrũ igne eiuſdem amoris inflammatum cum hac ſacro ſancta hoſtia in conſpectu paternitatis

tue digne appareat & obtieat nobis remiſ ſionem omnium peccatoꝝ & negligentiaꝝ noſtrarum: & inquantum eſt poſſibile talē uitam qualis fuit quæ ea morte terminata eſt; cuius in præſenti memoria celebratur. Amen.

¶ De eodem.

ORiens ſplendor lucis æternæ & ſol iuſtitie: ueni & illumina me cogitatione miſericordiæ tue & miſerie meæ & fac me um uitium deperire: & omnis boni germē oriri p deſiderium quod ab æterno habuiſti ad noſtram redemptionem trahe oē deſiderium meum in te per uinculum amoris: quod te tractum de ſinu patris contulit germio matris. Da ut iebriet me ignita & melliflua uis tuí amoris quæ me faciat omniū terrenorum funditus obliuiſci præmagnitudine amoris adeo ut ſicut flamma ardēs totus candeam in tui amoris deſiderio: qđ nulla creatura poſſit minuere. Amen.

¶ Itē oño in eleuatione uel poſt uel alivñ corā ymagine crucifixi dicenda: quam qui deuote dixerit: tot dies indulgentiaꝝ acquiret: quot fuerunt uulnera in corpore le-

ſu tempore paſſionis eis : quæ fuerunt ſex mille ſexcenta & ſexaginta ſex: quas ſidulgentias dominus Gregorius Papa tertius contuli ad inſtantiam regine anglie.

PRecor te amātiſſime Dñe Ieſu Chriſte propter illam eximiam charitatē qua humanum genus dilexiſti quando tu cęleſtis rex pendebas in cruce cum deifica charitate : cū mitiſſima anima. cum triſtiſſimo geſtu: cum turbatis ſenſibus: cum expāſis manibus: cum pſtrepentibus mēbris: cum extenſis uenis: cum clamoroſo ore: cū rauca uoce: cū pallida facie: cum mortali colore: cum lachrymoſis oculis: cum uertigine cerebri: cum ardenti ſerie: cum gemebundo gutture: cum ſitibūdus deſideriis cum amaro guſtu fellis : cum inclinato capite: morte obuiante: cum diuiſione corporis & aiæ. cū tranſuerberato corpore: cum tranſfixo corde: cum ſanguineis uulneribus: cū defluentibus riuis: cū origine uiuentis fontis. In ea charitate p̄cor piſſime Domine Ieſu qua tuum amoroſum cor ſcindebat: ut ſis mihi placabilis ſup multitudinem peccatorum meorum ; ac bonum & ſanctum

finem uitæ meæ: necnon gratiosam: letam q̄ resurrectionem mihi ꝓpter largissimā misericordiam tribuere digneris. Qui uiuis & regnas cū deo patre in unitate spiritus sancti deus. Per omnia sæcula seculorū. Amen.

¶ De passione Iesu Christi: & de septē uerbis ultimis oratio.

SAlue Iesu patrem in hora necessitatis inuocans salue Iesu pro crucifixoribus tuis orans: salue Iesu latroni paradisi gaudia promittens: salue Iesu matrem discipulo dilecto cōmittens: salue Iesu amorem nostrum te sitire exclamans: salue Iesu ꝓsummatum esse opus amoris attestās. Salue Iesu uoce magna spiritum in manus patris cōmendās. Salue Iesu charitatē excellētissimā circa nos tua morte demonstrās. Salue Iesu uitæ spiritus mei cum clamore ualido expirans. O mira circa nos tue pietatis dignatio. O inestimabilis dilectio charitatis: ut seruum redimeres teipsum amātissime Iesu in mortem turpissimam tradidisti. O præualentia charitatis. Amen.

¶ De eadem.

EYa rubens rosa fragrantissime charitatis obsecro te p uirtutem amoris: qui tuam nobilissimam animam a tuo corpore separauit: da mihi amorem qui me totum liquefactum in memoria præciose & amorose mortis tue tecum uiuat inseparabili & fœlici unione. Eya Iesu meum desiderabile bonum da ut tua saluberrima mors uiuificet me. ad uitam tibi plene laudabilē in tue amorose mortis recōpensationem. Iesu corona æternæ iocunditatis. per gaudium quod in passione tua sanctissima anima habuit de humana redemptione trahe tibi cor meum animam meam: ut extra te nunquam in aliqua creatura uel ad modicum ualeā delectari. Eya Iesu præcordialissime: da mihi intentionem quæ te in omnibus & super omnia laudet pro tua amarissima passione. Eya Iesu suauissime da mihi deuotionem quæ tuam in omnibus laudabilissimam perficiat uoluntatem.

¶ De passione Xp̄i oratio ad patrem.

DOmine sancte pater propter tuam largitatem & filij tui passionem qui pro me sustinuit mortem: & per matris eius ex

cellentiam sanctitatem: & omnium sanctorum merita: ꝓcede mihi peccatori indigno omni tuo beneficio frui: ut te solum diligã tuo semp amore ferueam: tuum semp honorem sitiam: bñficiumq; passionis filij tui ꝓtinue in corde habeam: meam miseriam recognoscam: & ab oibus ꝓtemni & ꝓculcari cupiam: nihil me afficiat nisi tu: nihil me contristet nisi culpa. Amen.

¶ Item de passionibus Christi oño ad filiũ.

O Domine Iesu Christe cor meum tuis uulneribus saucia: & mentem tuam tuo sanguine inebria ut quocũq; me uirtã semp te uideã crucifixũ: & quicqd aspexero mihi appareat tuo sanguine rubricatũ: ut sic totus in me intẽdens nihil ualeã ꝓter te iuenire: nihil nisi tua uulnera ualeã itueri. Hæc mihi ꝓsolatio sit tecum mi Dñe uulnerari. hoc mihi intima sit afflictio sine te aliqd meditari: figescat cor meũ bone Iesu donec te inueniat centrũ suũ ubi cubet: ubi suum terminet appetitũ. ¶ De eadem.

TRãsfige dulcissime Iesu medullas aiæ meæ suauissimo ac saluberrimo amoris tui uulnere uiscera aiæ meæ iebria uera

ſupna applica charitate: ubi lãgũeat & liq̃ fiat aia mea: ſolo ſemp amore & deſiderio tuo ꝓcupiſcat & deficiat aia mea i atria tua Cupiat diſſolui & eſſe tecum Da ut aĩa mea te ſolũ eſuriat panẽ angelox: refectionem aiax ſanctax. panẽ nr̃m quotidianũ ſup ſubſtantialẽ hñtem oẽm dulcedinem & ſaporem & oẽ delectamentum ſuauitatis. Te in quẽ deſiderant angeli ꝓſpicere ſemp eſuriat & ꝓcedat cor meum: & dulcedine ſaporis tui repleant uiſcera aiæ meæ. Te ſemp ſitiat fontem uitæ: fontẽ ſapiẽtie fontẽ ſcie: fontẽ æterni luminis torrentem uoluptatis æternæ ubertatẽ domus dei: te ſemp ambiat: te quærat: te iueniat: ad te tẽdat ad te ꝓueniat: te meditet. te loquat: & oĩa opet in laudẽ & gl'iam nois tui cũ humilitate & diſcretione. & cũ dilectione & delectatione: cum facilitate & affectuum: cum perſeuerantia uſq; in finem: & tu ſis ſolus mihi ſemper ſpes mea: tota fiducia mea: diuitiæ meæ: delectatio mea iocunditas mea: gaudium meum: q̃es & tranquillitas mea pax mea: ſuauitas mea: odor meus: dulcedo mea: cibus meus: refectio mea refugi

um meum: auxilium meum: sapientia mea passio mea: possessio mea: thesaurus meus in quo fixa & firma & imobiliter semp sit radicata mens mea & cor meum. Amen.

¶ De singulis articulis passiõis Iesu Christi oratio multum deuota.

AVe Iesu splendor paterne gloriæ flos culus fœcũditatis uirgineæ: pñarchis promissus: a ꝓphetis prædictus: a iustis desideratus in salutem oium expectatus: uirgini mariæ ꝑ gabrielem archangelum nũciatus: de spiritusancto ꝓceptus. uerus Deus & homo natus panniculis: inuolutus: in præsepio reclinatus matris sanctissime uberibus lactatus: pastoribus reuelatus a magis adoratus: legaliter circũcisus: in tẽplo præsentatus a Ioanne baptizatus ab hoste tentatus. clarens miraculis: cum palmis susceptus a turbis: cenans cum discipulis: & corpus sanguinemq; tuum sacratissimũ tradẽs eis: a iuda traditus & uẽditus: sanguineo sudore ꝑfusus ab hostibus captus: ab oibus amicis derelictus diris nexibus astrictus. Anne & cayphe ꝑsentatus: facie uelatus: colaphis & alapis cesus. spu-

to

to fędat':opprobriis ſaturatus pſſato ꝑſen
tatus.ab herode ſpretus & illuſus.linguis
iudeorum crucifixus.dire flagellatus. pur
pura deriſus.ſpinis coronatus.baiulans ſi
bi crucem tanquam latro cum pugnis &
fuſtibus ad mortem propulſus ſpeculum
cõtumelie factus:nudatus:diris clauis cru
cifixus:omnibus membris diſtentus.inter
latrones deputatus deſpectus & blaſphe⁊
matus.Nouiſſimus uirorum & quaſi lepro
ſus uiſus.patrem inuocans:pro tranſgreſ
ſoribus orans:latroni paradiſum ꝑmittẽs:
matri filium prouidens:ſitim exclamans.
conſumatum opus amoris atteſtans. felle
potatus in morte pallidus.ſpiritum patri
cõmendans:cum clamore ualido expirãs:
lancea perforatus : de cruce depoſitus:ab
amicis lamentatus & ſepultus:a morte re
ſurgens:& uictor ad cœlum aſcendens ac
ſpiritum ſanctum paraclytũ eccleſiæ ſpon
ſe tue in ſignum perfecti amoris tranſmit⁊
tens.Et ideo ego minimum membrorum
ſangnine tuo redemptum. & totiius uniuer
ſitatis ſalutem affectans.amplector te : &
ſic in amore tuo:qui te ad ſingula perferen

O Ieſu dulciſſime. Ieſu pater dilectiſſime. tu me cū quæſo maneas, hac nocte mecum dormias, ut corpus ſomnū capiat & nūq̄ cor obdormiat ſed ſemp ad te uigilet, & te pñtem uideat, & oē malum caueat. Ma angelus cuſtodiat, & ſignū cru✠cis muniat. Hinc ſathan procul fugiat & Ieſus ſolus maneat, quos amo tecum colligas in lecto cordis foueas. nec me nec ipſos deſeras. ſed bene✠dicens ꝓtegas, & in euum cuſtodias. Amen.

¶ Oratio mane dicenda ad cor Ieſu.

LAudo benedico glorifico & ſaluto dulciſſimum & benignisſimū cor Ieſu chriſti fideliſſimi amatoris mei gr̃as agens pro fideli cuſtodia. qua me hac nocte ꝓtexiſti, & pro me laudes & gratiaꝝ actiones & oia quæ ego debebā deo patri iceſſanter ꝓſoluiſti. Et nunc oro amator unice quatenus p uirtutem tui diuini cordis me ſupplicem tuum ab oi periculo animæ & corporis miſericorditer cuſtodire digneris & uſq̄ in finem uitæ meæ tuo ſancto ſeruitio & amore des mihi fœliciter & fideliter peſeuerare. Amen.

¶ Cum mane ſurgis uel quoquam pge reuelis dic.

BEene ✠ dicat me imperialis maieſtas protegat me ✠ regalis diuinitas. Cuſtodiat ✠ me ſempiterna deitas. Defendat ✠ me immenſa trinitas. Foueat ✠ me glorioſa unitas. Dirigat ✠ me ineſtimabilis bonitas. Regat ✠ me potentia patris. Viuificet ✠ me ſapientia filii. Illuminet ✠ me uirtus ſpirituſſancti. Alpha & o deus & homo. Sit mihi iſta inuocatio ſalus & ſempiterna protectio. In nomine patris & filij & ſpirituſſancti. Amen.

¶ Oratio ſancti Auguſtini a ſpirituſſancto ſibi reuelata.

DEus propitius eſto mihi peccatori & cuſtodi me omnibus diebus & noctibus uitæ meæ deus Abraã. deus iſaac & deus Iacob miſerere mei. & mitte mihi in adiutorium ſanctũ michaelẽ archangelum q̃ me defendat & ꝓtegat ab oĩbus inimicis meis: Sanctæ michael archangele defende me in piculo ut nõ peream in tremendo iuditio. O ſanctæ michael archãgele ꝓ gr̃am quã meruiſti; te deꝑcor & ꝓ unigenitũ fili

um dei dñm nrm ieſus Xpm ut eripias me hodie a piculo mortis. Sanctæ Gabriel: ſanctæ Raphael, oēs ſancti angeli & archangeli dei ſuccurrite mihi præcor uos oēs uirtutes cæloꝝ ut detis mihi auxilium & potētiā. ut nullus inimicus me ꝑdemnare poſſit in uia: nec in aqua: nec igne: nec ſubitanea morte. Nec me dormiētē: nec me uigilantē opprimat aut ledat. Ecce cru✠cem Dñi fugite partes aduerſe. uicit leo de tribu iuda: radix dauit alꝛia. Saluator mūdi ſalua nos: q̄ ꝑ crucem & ſanguinē tuū redimiſti nos. auxiliare nobis te deprecamur Deus nr. Agyos otheos agyos yſchiros agyos athanatos eleyſon ymas. Sāctæ deus ſanctæ fortis: ſanctæ immortalis miſerere nobis. Crux Xpi ſalua nos. Crux Xpi ꝓtege nos: Crux Xpi defende nos. In noie pa✠tris & fi✠lij & ſpūs✠ſancti. Amen.

¶ Oratio pro ſacerdote.

ADiuuet me gra tua oꝑs deus: ut in officio ſacerdotali qđ ſuſcepi. digne tibi ac deuote in oi puritate ac bona ꝓſcia famulari ualeā. Et ſi nō poſſum in tanta uitæ inocētia ꝙuerſari ut debeo: ꝓcede mihi ſaltem

digne deflere mala quæ egi: & in ſpiritu hũilitatis & bone uolũtatis ꝑpetue tibi ferꝛ uentius ſeruire. Q ui uiuis & regnas. deus.
Segt alia oꝛo ſeu cõmẽdatio ad ſcã crucẽ.
SIgnum ſancte cru✠cis defendat me a malis ꝑteritis pñtibus & futuris: interioribus exterioribus. ꝑ ſignũ ſancte crucis a ꝑſecutionibus dyaboli & oĩum inimicoꝛ meoꝛ libera me, hoc ſignaculo✠proſternanſ oẽs aduerſarij & inimici mei & fugiant a me ꝑ hoc ſignum ſanctæ cru✠cis a ꝑiculis mũdi liberet me dñs. Bñdictio dei pꝛis cũ angelis ſuis ſit ſemꝑ mecum. Bñdictio & ꝑtectio dei ſummi cum uirtute myſterij ſanctæ cru✠cis & ſancti euangelij ſit ſemꝑ mecũ. Bñdictio ĩcarnationis & ſanctæ natiuitatis & glorioſe circũciſionis, & beate paſſionis ac uenerande reſurrectionis & amabilis aſcẽſionis, & .ſ.ſ. ꝓclyti: & ſcẽ cru✠cis ſit ſupra me & infra me circa me iuxta me ante me & in oĩbus ſintꝛ bus meis. Bñdictio ſcẽ mariæ & ſcoꝝ pꝛiſarchaꝝ ꝓphetaꝝ apſtoꝝ martyꝝ ꝓfeſſoꝝ uirginũ uiduaꝝ ꝓtinentiũ & oĩum ſanctoꝝ ſit ſupra me ifra me circa me iuxta me ante

me & in oĩbus finibus meis. Cõmẽdo cor pus meũ & aĩam meã sc̃ẽ trinitati ut custo diat me hoc & in futuro crux tua dñe ieſu Xp̃e ſit ſignum ſalutis meæ, p̃ quã oĩa redi mẽ dignatus es. Adiutor & p̃tector ſis mi hi dñe deus meus. Bñdictio ſancte trinitatis me cuſtodiat foueat p̃tegat & defẽdat ab oĩbus malis: & p̃fortet cor meũ in oĩ bono, ut hoc & in æternũ ſaluari merear. Kyrieleiſon. Xp̃eleiſon Kyrieeleiſon P̃r nr̃. Et ne nos. Aue ma. ℣. Adoramus te Xp̃e & bñdicimus tibi. Quia p̃ ſcãm crucẽ tuam redemiſti mundum. ℣ Oratio.

SAnctifica dñe familiam tuã ſignaculo ſc̃tẽ cru✠cis ſtet ín obſtaculũ p̃tra ſeua iacula inimicor̃ oĩum. defende me p̃ ſignũ ſc̃m & p̃ p̃ciũ iuſti tui in quo me redemiſti, p̃ eũdẽ dñm noſtrum. Am̃. ℣ Oro.

ADeſto nobis dñe deus nr̃ ut quos ſc̃ẽ cru✠cis honorẽ letari feciſti, eius p̃petuis defende p̃ſidijs. Per Chriſtum. ℣ Oro

DEus q̃ in uexillo ſc̃ẽ cru✠cis nobis dona p̃tuliſti, p̃petue tue lucis atq̃ tui ſãguis effuſiõe gen' hũanã redimer̃ dignat' es tribue q̃s. ut q̃ in tua cruce gl'iamur n̄

q̄ peccati iugo ſubdamur. Q ui cū deo patre uiuis & regnas &c.

¶ Sequitur alia recommendatio de mane dicenda.

OMnipotens ſempiterne deus ꝓditor mūdi in hac die cōmendo tibi uitam & aiam meam, & oēs anxietates & neceſſitates quæ ptinent ad uitam & aiam meam, ſic ꝓfido patri & filio & ſpiritui ſancto & ſancte cruci & quinq; uulneribus tuis dñe ieſu xp̄e, & illi quem tu deprecatus es in anguſtiis tuis in monte oliueti, & cui tu cōmendaſti ſanctum tuum ſpiritum & diſcipulos tuos, & ſanctæ Mariæ uirgini matri tuæ, & ſancto Ioanni, cui tu matrem tuam in cruce cōmendaſti, ſanctoq; Michaeli archangelo cum oibus ſanctis angelis & archangelis, & beato Ioāni baptiſtæ, & oibus patriarchis & prophetis, & ſanctis uiginti quatuor ſenioribus, ap̄lis, euāgeliſtis, martyribus, ꝓfeſſoribus, monachis, v̄ginibus, ptinentibus, oibuſq; ſanctis & electis dei: nūc deprecor te dñe p uirtutem & dignitatem oium ſcto̅r noium tuo̅r, & p illa gr̄as p quā naſci dignatus es p humano gñe de

Maria uirgine: & ꝑ illam gr̃am ꝑ quā ductus es ad crucem: & in ea crucifixus es & mortuus & æternam mortem, deludendo uicisti: dyabolum alligasti: & eos qui ꝓtra te fuerũt supasti. Illos aũt qui in te toto corde crediderunt liberasti: & ꝑ intercessionē omnium sanctoꝝ tuorum: ut me famulum tuum. N. & N fideles tuos hodie & quotidie liberare ac defendere digneris de omnibus tribulationibus & instantibus nr̃is angustijs ab isidijs ꝓsecutiõibus: iniurijs: traditionibus: opprobrijs & detractiõibus omnium inimicorum nr̃orum: uisibilium & inuisibilium: ut eoꝝ odia: inuidiam maledictiones: & dolosas machinatiões ualeamus declinare: & in conspectu tuo & piissime genitricis tue: omniumq; sanctoꝝ tuorum: & omnium hoium mereamur gr̃am inuenire secundum tuam uoluntatem & nostram necessitatem. Amen. Iesus autem transiens ꝑ medium illoꝝ ibat Gaspar: Balthasar: melchior ✠ Pax hic ✠ deus hic ✠ trinitas hic ✠ maria hic ✠ In nomine p̃ris ✠ & filii ✠ & spiritussancti ✠ Christus ✠ uincit. Christus ✠ regnat. Christus ✠ im-

perat Christus dextera sua famulum suū benedicat ✠ Amen.

¶ Alia commendatio ad beatissimam uirginem mariam.

O Domina mea sancta maria me in tuā benedictam fidem ac singularem custodiam, & sinum misericordie tue hodie & quotidie & in hora exitus mei animam meam & corpus meum commendo tibi oēm spem meam & consolationem meam & oēs angustias & miserias meas, uitam & finem uitæ meæ cōmitto. & per tuam sanctissimam intercessionem, & p tua merita oia mea dirigantur & disponantur opa secundum tuam uoluntatem & meam necessitatem. Amen.

¶ Item alia de eodem pulchrior.

S Pes animæ meæ post deum uirgo Maria in illam commendationem. & in illam fidem qua te dilectus filius tuus dñs noster iesus Christus præelecto discipulo suo Ioanni commendauit, commendo tibi hodie, & quotidie corpus & animam meā & honorē meū, & horā exitus mei, & oēs actus meos. Ac p̄cor te ut serues me a pec

catis, a scandalis, ab oi confussione humana, ab ira tremenda, ab imundis cogitationibus, ab omni mortali peccato, a subitanea & improuisa morte, ab oibus piculis aiæ & corporis, honoris, & rei mee, nec unquam me tale pmittas facere peccatum quo gratiam tuam amittam. Da mihi de præteritis emendationem de præsentibus custodiam, de futuris cautelã. Da mihi in hac uita proptum adiutoriũ, esto mihi in tremendo iudicio prolocutrix apud filium tuum dñm nostrum iesum Xpm. amẽ. añ. Sub tuum præsidium pfugimus uirgo dei genitrix nostras depcationes ne despicias in necessitatibus nostris, sed a piculis cunctis libera nos semp uirgo benedicta. ℣. In oi tribulatione & angu. nostra. R. Succur. nobis beatissima uirgo maria. Oratio.

PRotege domine famulos tuos subsidiis pacis & beate Marie semper uirginis patrocinijs confitentes, a cunctis hostibus redde securos. Per Christum dominum nostrum &c.

℣ Postquam mane surrexeris primo dic flexis genibus.

GRatias ago tibi domine sancte pater oipotens æterne deus, qui me indignũ famulum tuum non meis meritis, sed tua sanctissima gratia custodire dignatus es in hac nocte, deprecor clemẽtiam tuam ut cõcedas mihi uentuꝝ diem ita peragere cum humilitate & discretione, quatenus tibi cõ placeat seruitus mea. Q ui uiuis & regnas per omnia sæcula seculorum. Amen.

¶ Deinde dic orationes sequentes, & primo ad patrem.

PAter de cælis deus miserere nobis. dñe deus pater ops qui ꝑ substãtialem & co æternum tibi filium ante oia sæcula ineffabiliter genuisti, cum quo & spiritu sancto ex te eodẽq; filio ꝓcedente, cælum ac terram & quæcũq; in eis existũt, uisibilia & inuisibilia creasti, & me peccatorem inter oia, te laudo, te adoro, te glorifico, ne despicias me opus manuum tuaꝝ, sed salua me ꝓp nomen sanctum tuum. Q ui uiuis &c.

¶ Ad filium oratio.

FIli redemptor mũdi deus miserere nobis. Dñe ieſu xpe fili dei uiui qui es uerus ops deus, splẽdor & imago patris, uita

æterna, cui est una cum patre & spiritu sancto equalis honor, eadem gloria, coæterna maiestas, te laudo, te adoro, te glorifico, ne despicias me opus manuum tuarum, sed salua me, & adiuua me gratuito munere tuo, quem redimere dignatus es tuo sanguine præcioso. Qui cum patre &c.

¶ Ad spiritnm sanctum.

SPiritus sancte deus miserere nobis. Domine sancte spiritus æterne deus, qui ꝑ substātialis & coæternus patri filioq; existēs ab eis inenarrabiliter ꝓcedēs, quiq; super eundem dñm nostrum iesum xp̄m in colūbæ specie, & super sanctos apostolos tuos in linguis igneis descēdisti: depelle a me quæso tenebras totius erroris & ignorātiæ, & accende in me lumen misericordiæ, & ignem sanctissimi & suauissimi amoris tui. Qui cum patre & spiritu sancto uiuis &c.

¶ Ad sanctam trinitatem.

SAncta trinitas unus deus miserere nobis. Dñe oꝑs æterne deus ineffabilis sine fine & absq; principio, quem unum in trinitate, & trinum in unitate ꝓfitemur, te laudo, te adoro, te glorifico, tuęq; misericor-

die & clementie gratias refero: qui me exi
stentē in nocte totius erroris & ignorantie
uoluisti fieri participē gr̄æ & misericordie
tue. Perfice in me q̄so ceptum opus miseri
cordie, & gratuita me ubiq; pietate custo-
di, & fac me peccatorem semp cogitare lo
q; & agere quæ tibi placita sunt, & post hu
ius uitæ terminū ad tuam ui sionē facias p-
uenire. Q ui in trinitate pfecta uiuis & re-
gnas deus p oīa sæcula sæculoꝝ. Amen.
¶ Cum uolueris ire dormitum dic.

GRatias ago tibi Dñe sancte pater oīps
æternæ deus, q me indignum famulū
tuum nō meis meritis, sed tua sanctissima
gr̄a custodire dignatus es, in hac die depre
cor clementiā tuam misericordissime deus
ut p̄cedas mihi uenturā noctem mūdo cor
de & corpore sic p̄transire, quatenus mane
surgens gratū tibi ualeā obsequm seruitu
tis exhibere. Q ui uiuis & reg.
¶ Oratio ualde compunctiua & deuota.

GReator cæli & terræ domine iesu chri
ste rex regum & dominus dñantium
q me de nihilo feciſti, q me ad imaginē &
similitudinem tuā plasmasti, q me præcio-

ſiſſimo ſanguine redemiſti, quẽ ego pecca-
tor nõ ſum dignus noiare, nec ore appella
re, nec corde cogitare, te ſuppliciter depre
cor, te humiliter exoro, te lachrymabiliter
obſecro, reſpice in me neq; ſeruũ tuũ, & mi
ſerere mei q misertus es mulieri cananeæ.
Mariæ magdalene, publicano & latroni in
cruce exiſtenti. Te deꝑcor miſerere mei, ti
bi ꝓfiteor pr̃ pijſſime peccata mea quæ etiã
ſi uelem abſcondere nõ poſſem, tibi pecca-
ui & malum coram te feci, parce mihi dñe,
parce mihi Chriſte qm̃ ego miſer pecca-
tor multum te offendi in ſuperbia, auari-
tia, gula, luxuria, uanagloria, ira, diſcordia,
odio, aduiterio, fornicatione furto, rapina,
ſacrilegio, mendacio, falſo teſtimonio, blaſ
phemia, ioco & riſu, in dormiẽdo, & ſom
niando, in uerbo ociioſo, decimis & prami
tijs, in uiſu, auditu, guſtu, tactu, & odora-
tu, cogitando, loquendo, operando, & om-
nibus modis quibus fragilis homo pec-
care poteſt. Mea culpa. Ideo præcor cle-
mentiã tuam q̃ de cælo ꝓ nr̃a reſtemptiõe
deſcendiſti, qui inimicis perpeciſti, q dauid
peccatũ trãſtuliſti, parce mihi dñe, ꝓce mi-

hi Christe: & transfer peccatum meum a me. Parce mihi domine qui petro te negan ti pepercisti: quia & si multum peccaui: tamen te non negaui. Tu es creator meus: plasmator: liberator: gubernator pater: do minus: deus: rex: & dux meus: & spes: fidu cia: expectatio: gubernatio: illumininatio: exultatio: fortitudo: formatio: defensio: li: beratio. uita: salus: resurrectio: & redēptio mea. Tu es firmamentum meum: adiutor: refugium: munimentum: patrocinium: lu men: gaudium: & desiderium meum. de precor te: rogo te: & impero adiua me: libera me: guberna: defende. conforta: con solare: confirma: letifica: illumina: uiuifica & uisita me: quia tua factura sum: & opus tuum domine: non despicias me famulum tuum: quamuis malus quamuis indignus & peccator qualiscūq; sum tuus sum. Ad quem ego fugiam: ad quem uadam: nisi ad te qui plasmasti me? Si tu me eiicis: quis me recipiet? Si tu me despicis: quis me ad iuuabit? Recognosce dñe creaturam tuam ad te reuertentem & currentem. Respice q̄ uis peccatorem; quamuis indignum: & im

mundum.

mundum Si lutulentus sum, potes me mũ dare. Si obscurus, potes illuminare. Si infir mus, potes sanare. Si mortuus, potes uiui ficare. Si sepultus, potes resuscitare. Maior est misericordia tua quam iuiquitas mea, maior est pietas tua, quam mea impietas. Plus potes dimittere, quam ego commit tere, plus potes ꝑdemnare, quã ego pecca re. Non despitias peccata mea, nec attendas multitudinem iniquitatum mearum, sed secundum magnitudinum misericordiaꝝ tuaram miserere mei, & propitius esto mi hi peccatori, & dic animæ meæ salus tua ego sum. Q ui dixisti nolo mortem pecca toris conuerte me ad te & libera me de san guinibus. Hoc unum donum maxime pe to a te clementissime pater propter magnã misericordiam, tuam ex dono gratiæ tue sanctæ largissime, ut ducas me ad bonum finem, & ad ueram pœnitentiam, & puram confessionem & dignam satisfactionem omnium peccatorum meorum, & trahe me in portum salutis. Q ui ui. &c.

¶ Oratio pro impetranda gratia deuotio nis.

DOmine deus meus oĩa bona mea tu es: Et qs ego sum: ut audeam ad te lo q? Ego sum pauꝑimus seruulus tuus: abiectus ꝟmiculus: multo pauperior & ꝓtemꝑptibilior quam scio: & dicere audeo. Tu solus bonus iustus & sanctus. Tu omnia potes: omnia prẽstas: oĩa imples: solum peccatorem inanem reliquẽs. Reminiscere miserationũ tuaꝝ dñe: & imple cor meum gr̃a tua: qui nõ uis uacua esse opa tua. Quomodo possuꝫ me tollerare in hac misera u?ta: nisi me confortaueris misericordia & gr̃a tua? Noli auertere faciem tuam a me: noli uisitationem tuam prolongare: noli ꝓsolationẽ tuam abstrahere: ne fiat anima mea sicut terra sine aqua tibi. Dñe doce me facere uoluntatem tuam: doce me coram te dignę & laudabiliter conuersari: quia sapientia mea tu es: quia in ꝟitate me cognoscis & cognouisti antequam fieret mundus: & antequam natus essem in mundo. Amen.

¶ Oratio pro perficienda dei uoluntate.

COncede mihi benignissime pater Domine deus meus gratiam tuã; ut me

cum sit & mecum laboret: mecumq; usq; in finem perseueret. Da mihi semper desiderare & uelle quod tibi magis acceptum est & carius placet. Tua uoluntas mea sit: & mea uoluntas tuam sequatur: semperq; & optime ei concordet. Sit mihi unum uelle & nolle tecum: nec aliud posse: uelle. aut nolle: nisi quod uis: & nolis. Da mihi omnibus mori quæ in mundo sunt: & ꝓpter te amare ꝓtẽpni: & nesciri i hoc sęculo. da mihi super oia desiderata in te gescere: & cor meum in te pacificare. Tu ꝟa pax cordis: tu sola reges. Extra te oia sunt dura & ingeta. In pace in id ipsum hoc est in te uno summo & aterno bono dormiam & requiescam. Amen.

¶ Oratio contra mãlas cogitationes.

O Omine deus meus ne elongeris a me: deus meus in auxilium meum respice quando insurrexerunt in me cogitationes uane: & timores magni affligentes animam meam. Q uomodo pertransibo illesus? Q uomodo perstringam eam? Ego ings ante te ibo: & glorioſos terre humiliabo: apiãianuas carceris & archana secreto

tum reuelabo tibi. Fac domine ut loquē tis, & fugiant a facie tua omnes cogitatio nes. Hæc spes & unica consolatio mea ad te in omni tribulatione confugere, tibi confi dere, & ex intima inuocare & patienter cō solationem tuam expectare. Per Xpm do minum nostrum. Amen.

¶ Oratio ad impetrandā aliquam grām.

ADonay domine deus magne & mira bilis qui es iustus & misericors uni uersis. Ego miserrimus omnium miseroꝝ tuam suppliciter requiro misericordiam pro miserijs uniuersorum, ut beate dei ge nitricis Mariæ semper uirginis interuētu omniumq; fidelium tuorum cælestium & terrestrium supplicatu secundum magnā misericordiam tuam, tuis omnibus mise rearis, & mortuis & uiuentibus & nascitu ris. Et quamuis super oēs alios mortales indignum me faciat magnitudo peccatoꝝ a te respici uel audiri: tamen quia tibi cu ra est de omnibus: eo q; Dominus om nium es: non tantum de mea malignita te despero: quantum in tua benignitate confido. Vnde homo Deum creatura crea

torem ſuum: ego te ſuppliciter imploro & audenter depeſco ut opus manuum tuarum meipſum non calumnieris aut opprimas: ſed opere manuum tuarum mihimet ipſi manum porrigas ad deſtruendum qđ mea mens iuſte odit & formidat ad ſatiſfaciendum quod animus iuſte diligit & poptat. Quoniam non poſſum corporaliſter caſum aſcendere: & te deum ſabbaoth in maieſtate ſedentem attingere. Hic ubi te prece piſti requiri ac promiſiſti a fidelibus tuis te poſſe inueniri in uirtute myſterij tui te adoro: in omni tuo opere te laudo: in pietatis tue diſpenſario glorifico: in qua totius noſtre redemptionis firmatur perfectio. Hic omnipotens clementiam: hic clemens omnipotẽtiam tuam depoſco: hic ſuſpiria & ſingultus & lachrymas deſideranter effundo: hic de ſepulchro cordis oſtium oris aperio: ut de illo nominatim negocio: unde nunc tantum mea mouetur intentio clamorem meum audias: laborem meum uideas. dolorem ſentias: infirmum cures: lapſum releues: meſtum letifices: totius impedimenti uincula ſol-

uas argumētum inueniendi aperias: uiam indeclinabilem me in idipsum inducas ad tuam laudem & meam salutem: & desideriū meum adimpleas. Magna quidem sunt quæ peto & impotenter cupio promereri: sed tu maiora gratis dare etiam ingratis potentissime nosti. Verum & si cuncta huiusmodi a tua tantum gratuita pietate prodeant: tamen ut super me indignum famulum tuum facilius: celeriusq; descendant præcor: quia & si ad inuocandum omnium minimorum sum minus: illud adiutorium inuoco meum quod est maximum maius. Mihi namq; aduocatum assumo in mediatoris officium nomen tue maiestatis ac glorie. Cum enim tu qui es ueritas inuiolabilis: & salus impassibilis: promittis per orationis instantiam in tuo nomine petentibus petitionis efficaciam: nephas est fidelibus dubitari tanti nominis inuocationem aliquatenus annulari: ipsi quidem subiecta sunt omnia & mirabiliter deseruiunt uniuersa de quibuscunq; prædicatur discernere: sentire: uiuere: esse. Sicut enim ea quæ ratione discernunt: ita

& ea quæ sine discretione sentiunt: ita & ea nihilominus que sine sensu uiuunt. adhuc autem & ea quæ sine uita tantum existunt in cogitatione non errant. in subiectione non claudicant: dum instituta seruant: & disposita non mutant. Licet enim quædam nature quibusdam distinctionibus alie ab alijs dissentiant: tamen omnes creature tue in te uno creatore cõcordant. Nulla quippe earum cuiuslibet alterius plenitudine caret: sed omnes omnia in uno te possident: hoc catholice credens: & credendo cõfitens: confitendo ante deum omnipotentem: & ante omnes sanctos tuos: & ante hoc sanctum altare tuum prostratus tibi altissime: & corpore & mente humilior: humiliatus inuoco: inuocans imploro: implorans incalmo te Deum unum omnium innisibilem: incommutabilem: & per admirabile nomen tuum me exaudias: ut sicut nihil est tibi impossibile. quippe qui ex nihilo cuncta creasti: sic ostendas ex meo magno desiderio satisfaciens mihi. Exaudi Domine: placare Domine: attende & fac:

me moreris propter temetipsum deus meus : quia inuocatum est nomen tuum super me tam terribile & admirabile omnibus: quod etiam sit ad salutem omnium fidelium tuorum benedictum & laudabile & super exaltatum nunc & ante omnia per infinita sæcula sæculorum: Amen:

¶ Oratio ad Deum.

ILlumina quæsó Domine me famulum tuum & splendore gr̃æ tue cor meū semper accende: ut te deum ac dominum meū creatorem meum & incessanter agnoscam & ueraciter apprehendam. Per dominum nostrum iesum Christum filium tuum q̃ tecum uiuit & regnat in unitate spiritus sancti deus. Per omnia sæcula seculorum. Amen.

¶ Item oratio contra accusationes & machinationes falsas inimicorum.

DOmine deus altissime qui tribus pueris Sydrach: Mysach: & Abdenago de flamma ignis ardentis. Susannam de falso crimine. Ionam de uentre ceti. Danielē de lacu leonum liberasti qui mulieri in adulterio deprehense: a suis persecutoribus cō

demnate tuam misericordiam nō negasti. Sed dixisti misericorditer: non ego te condemnabo. Non permitte nos famulos tuos multis criminibus deprehensos condemnari in hoc sæculo: neq; in futuro. neq; per inuidiam & accusationem & maledictionem & persecutionem inimicorum nostrorum confusos puniri. Sed tu clementissime ab illorum iuidia & detractione & odio & maledictione uiuos & inconfusos nos erue & confringens laqueos dyaboli & ouim inimicoꝝ nr̄oꝝ uisibiliū: & iuisibilium quibus nos uolunt decipere & confundere: ut non corruamus in conspectu aduersariorum nostrorum ne gaudeant de nobis inimici nostri. Domine qui dissipas consilia gentium & reprobas cogitationes populorum & reprobas consilia principum: & dissipasti consilium Architophelis: frange & confunde: dele & dissipa per misericordiam tuam omnem inuidiam & omnes insidias: & mala consilia & accusationes & maledictiones omnium inimicorum nostrorum: quia nescimus ubi fugiamus nisi ad te deus noster.

Qui uiuis & regnas cum deo patre &c.

¶ Item oratio ad impetrandum remissionem peccatorum ac finem bonum tam pro se quam pro amicis & inimicis.

DOmine Deus pater omnipotens qui iustis præmium: & delinquentibus ueniam promisisti: qui non uis mortem peccatorum nec letaris in perditione morientium: te suppliciter deprecor: ut mihi famulo tuo. N. Dones per merita sanctissime dei genitricis Marię & omnium sanctorum & electorum tuorum: & per tuam misericordiam remissionem omnium peccatorum meorum: & perducas me ad illam pœnitentiam: per quam Dauid saluasti: & Petrum flentem respexisti: & Mariam magdalenam mundasti. Expelle Domine Iesu Christe de corde meo quæ tibi displicent: & talem mihi infunde amorem: ut te perfecte diligere & timere possim ut nec cogitem uel desiderem: nisi quod tibi domine placere cognouero. Deprecor te beatissima uirgo Maria templum domini: sacrarium spiritussancti: ut intercedas pro me. Des

præcor & uos ſanctos archãgelos Michaelem: Gabrielem: Raphaelem: & ſanctos Angelos nobis ad cuſtodiam deputatos cum nouem ordinibus Angelorum: ut interueniatis ꝓ me. Rogoq; uos Petrum: Paulum: Andream: Ioannem Apoſtoloſq; omnes: martyres: confeſſores: uirgines: omneſq; ſanctos & electos dei ut dignemini mihi patrocinari quando ante tribunal æterni regis præſentatus ero ad iudicandum. Commendo tibi pijſſime Ieſu Chriſte omnes diligentes me: & qui mei curam gerunt: & qui mihi opem miſericordie tribuunt: & omnes debitores meos ſiue propinquos. Et etiam Dñe ꝓ inimicis meis te peto: ut eos ad pacem ꝙuertas & ꝑfectam pœnitentiam agere concedas. Deprecor te Domine IESV CHRISTE ut omnes qui mei memoriam habent: & qui ſe indignis meis præcibus commendauerunt: & qui mihi aliquid charitatis uel pietatis impenderunt: ſeu & illos qui conſanguinitate uel familiaritate uel compaſſionis affectu mihi propinqui ſunt: tam ipſos qui nunc conſiſtunt in corpore quam

ipſos qui te guntur funere miſericorditer gubernare: & illos uiſitare iubeas: ut ibi fideliter ſeruiant: & ab oibus tueantur aduerſis. Et hos mecū abſoluas omnibus penis: & perducas ad requiem ſempiternā. & hoc magnifice ſupplico ut cum dies mortis meæ aduenerit: tu ipſe qui iudicas contra accuſatores fias mihi defenſor: qui es benedictus in ſæcula ſæculorum. Amē. Pater noſter.

¶ Item oratio pro bono fine impetrando ad patrem.

IN manus inextinguibilis tue miſericordie pater ſancte: pater iuſte: & amantiſſime commendo ſpiritum meum ſecundum magnitudinem amoris quo ſe anima filij tui ſanctiſſima in cruce tibi commendauit. Et rogo per illam ineſtimabilem dilectionis charitatem qua tua diuina paternitas in ſe totam traxit illam ſanctiſſimam animam ut in ultima mortis meæ hora ſuſcipias in eodem amore ſpiritum meum: & me totū tibi intrahas: & quaſi guttam aquæ abſorbeas: ut nuſquā mihi ſit manſio: niſi in te unico meo & uero gaudio.

¶ Item alia de eodem ad filium.

EYa te præcor pijſſime Ieſu benigniſſime p illam lachrymabilem uocē: qua in humanitate moriturus pro nobis laboribus & doloribus paſſionis adeo conſumptus es: ut te derelictum a patre clamares ne longe facias a me auxilium tue miſerationis in die afflictionis animæ meæ præ defectione & conſummatione ſpiritus te inuocare in extrema hora non ualens: ſed p triumphum ſancte crucis & per uirtutem ſalutifere paſſionis & amoroſe mortis tue cogita de ea cogitationes pacis & non afflictionis: ſed miſericordie & cōſolationis & libera eam ab omnibus anguſtijs: ipſiſq; manibus quas pro me in ſancta cruce fixi permiſiſti clauis acutiſſimis. Ieſu bone & dulciſſime pater educ eam a tormentis ſibi deputatis: & perduc eam in æternam requiem cum uoce exultationis & cōfeſſionis. Amen.

¶ Item alia etiam de eodem ad filium.

O Secura mansio: o tutum patientibus refugium: & grata fessis pausatio p illam iocundissimam ꝓfidentiam qua tam secure de carnis ergastulo ad paterne benignitatis sinum conuolasti. O Iesu bone præsta misere animæ meæ migrāti de hoc sæculo fidum conductum: & tutum ad te confugium: & da ut ad hoc gratia tua mediante in hac uita bonis operibus ualeam peruenire. Amen.

¶ Oratio sancti Bernardi ad Iesum.

O Bone Iesu duo in me cognosco: naturam quam tu fecisti: & peccatum quod ego adieci: fateor domine: quia per culpam deformauit naturam. Memento quod sum spiritus uadens & non rediens: per me iui in peccatum per me redire non possum. Tu bone Iesu tolle a me quod ego adieci: ut permaneat quod tu fecisti: ne pereat quod pretioso sanguine tuo in cruce redemisti. Qui uiuis & regnas.

¶ Sequūtur nunc tres orationes de passione domini multum deuote: quæ a sacerdote possunt dici in missa pro collectis: ita ꝓ

prima sit collecta ante epistolam. Secunda secreta. Tertia complenda. a nō uero sacerdote dici possunt ante & post eleuationem sub missa. Et dicitur q̄ dominus Innocentius Papa tertius concessit cuilibet illas deuote dicenti remissionem omnium peccatorum suorum.

¶ Collecta.

DOmine Iesu Christe fili dei uiui: qui pro redemptione nostra nasci & circūcidi uoluisti: & a iudæis reprobari: a iuda osculo tradi: capi ligari: & cum uinculis Anne: Cayphe: Herodi: Pylato offerri: ac coram eis illudi: Colaphis: alapis: flagellis: arundine cedi: Facie uelari. & sputis cōspui: spinis corōari: a falsis quoq; testibus accusari: & iudicari: & ut agnus innocens crucem ferendo. ad uictimam duci. Clauis pforari: felle & aceto potari: atq; in cruce morte turpissima condemnari ac lancea uulnerari. Tu per has sacratissimas penas ab omnibus peccatis & penis nos libera. & per sanctam crucem tuam illuc perduc nos miseros peccatores: quo perduxisti tecum crucifixum sero pœnitentem latro

ne. Qui uiuis & regnas deus. Per infinita ſæcula ſæculorum. Amen.

¶ Alia oratio & poteſt eſſe ſecreta in miſſa

Auxiliẽtur nobis pie domine ieſu chriſte omnes paſſiones tue, & defendant nos ab omni tribulatione & anguſtia, ab omni dolore & triſtitia, ab omni periculo & miſeria, ab omni peccato & cordis immundícia, ab omni ſcandalo & infamia, a morbis malis aiæ & corporis. Et a morte ſubitanea & iprouiſa, & ab oi pſecutione inimicoꝝ, uiſibilium & iuiſibiliũ. Scimus enim ꝙ in quacũq; hora uel die paſſionis tue memoriam habuerimus, ſalui erimus. Ideo de immenſa tua pietate confiſi te deprecamur piſſime ſaluator, per benigniſſimas ſanctiſſimaſq; paſſiones tuas, ut benigno nos protegas auxílio, & continua pietate ab omni malo nos conſerues. Qui uiuis & regnas. &c.

¶ Oratio. iij. poſt communionem in miſſa dicenda.

Domine deus de deo lumẽ de lumine: qui humanum genus ex præcepto patris patíbulo crucis proprio ſanguine redimere

dimere dignatus es: te suppliciter exora-
mus ut non secundum peccata nostra faci
as nobis: sed secundum misericordiam
tuã saluuos nos fac indignos famulos. tui
os. Tu quoq; exurge in adiutorium nrm:
& esto ibi nobis turris fortitudinis & cly
peus inexpugnabilis iustitie a facie tam
corporalis quam incorporalis inimici: atq;
ab omni peccato & pẽa misericorditer nos
libera & ab omni aduersitate, corporis & a
nime clementer nos defende. Qui uiuis &
reg.

¶ Oratio cum gratiarum actione ad pẽm
pro passione filij dicenda post eleuationẽ
corporis Christi in missa: per quam procul
dubio maxime acquiruntur indulgentie:
& peccatorum omnium remissio: si cum de
uotione debita dicatur.

GRatias tibi Domine sancte pater om
nipotens æternæ deus referat omnis
lingua pro supabundantia pietatis tue: q
unico filio cordis tui nõ pepercisti. sed pro
nobis illum tradidisti in mortem: ut tantũ
tanq; fidelem aduocatum haberemus in cę
lis coram te. Respice ergo dñe sancte pr̃ de

ſanctuario tuo, & de excelſo cæloꝝ habita culo, & intuere hanc ſacroſanctam hoſtiam quam tibi offert magnus pontifex noſter ſanctus puer tuus dñs Ieſus Chriſtus pro peccatis fratꝝ ſuoꝝ, & eſto placabilis ſup multitudine malitiæ noſtræ, quia uox ſanguinis fratris noſtri Ieſu clamat ad te de cruce. Quis eſt enim dñe qui pẽdet in ea: pendet inq̃, qa præterita quaſi præſentia coram te ſunt: reſpice dñe in faciem Chriſti tui, qui tibi uſq; ad mortem factus eſt obediens: nec recedant ab oculis tuis in perpetuum cicatrices eius, ut memineris q̃tam pro peccatis noſtris ſatiſfactionem ſuſcepis ab eo. Vtinam dñe appendas in ſtatera peccata noſtra, qbus iram tuam meruimus & calamitatem quam paſſus eſt pro nobis innocẽs filius tuus: certe hæc grauior apparebit, & magis digna, ut pp ipſam effundas miſericordiam tuam ſup nos q̃ ſint illa ut pro illis ꝓtineas in ira tua miſericordias tuas. O dñe ſancte pater non apparebo in ꝓſpectu tuo uacuus, qa quicquid filius tuus cum in mũdo eſſet fecit, pro me fecit, & quicquid opatus eſt mihi operatus eſt, qui

nulla mala cõmiſit, nulla bona facere præ termiſit, eius obſecro obedientia excuſet in obedientiam meam, eius humilitas ſuper biam meam, eius abſtinẽtia ſuperfluitatem meam, eius benignitas malitiam meam, eius perfectio imperfectionem meam, mor tem illius morti quam mereor obijcio, pœ nis ipſius pœnas mihi debitas a me repel lo: etiam quidem fateor non feci dignam pœnitẽtiam, nec plenam egi ſatiſfactionem ſed quod mihi defuit Ieſus pro me adim pleuit: debui quidem amplius contriſtari, pœnitendo, ſed anima eius triſtis pro me facta eſt uſq; ad mortem: debui plus ſup plicare orando, ſed hic pro me in agonia factus prolixius orabat, & ſudore ſangui neo defluebat: oportebat me melius face re emendando, ſed Ieſus filius tuus dilectiſ ſimus ſatiſfecit pro me miſero peccatore moriendo: & ſi ego meritis meis ſaluari di gnus non ſum, tamen quia membrum di lectiſſimi filij tui Ieſu credendo factus ſum ab eo amplius ſeparari non poſſum. Hac fi de, hac non modica pietate ſubnixus, di gnus quidem nõ per me, ſed p dominicam

gratiam confido ſaluari me poſſe. Ecce ad uocatus meus apud te deum & patrem. Ec ce pontifex ſummus qui alieno non eget expiari ſanguine. quia proprio fulget pet fuſus cruore. Ecce hoſtia ſancta benepla cens & perfecta in odorem ſuauitatis. Ecce agnus ſine macula qui coram tõdentibus ſe obmutuit: q alapis ceſus: ſputis illitus: opprobrijs affectus: os ſuum non aperuit. Ecce qui peccatum non fecit: peccata mea pertulit: & languores meos ſuo liuore ſa nauit. Aſpice pijſſime pater pijſſimum fili um tuum tam impie pro me paſſum. Re ſpice rex clementiſſime qui patitur: & remi niſcere benignus pro quo patitur. Nonne hic eſt mi domine innocens ille quem ut ſeruum redimeres filium tradidiſti? Nunqd non auctor uite hic: qui ut ouis ad occioſio nem ductus tibiq, obediens uſq ad mor tem factus: atrocis non timuit mortis ſu bire gemitus? Recole totius ſalutis diſpo ſitor. quia hic ipſe eſt quem & ſi tua ex uir tute genuiſti: meæ tñ ifirmitatis participẽ fieri uoluiſti. Vere hæc eſt deitas tua quæ meam induta naturam crucis aſcendit pati

bulum: quæ in assumpta carne triste sulit supplicium. Reduc domine oculos tue pietatis super opus ineffabile eximie charitatis. Intuere dilectum natum toto corpore extensum. Cerne manus innocuas pio manantes sanguine: & remitte placatus scelera quæ perpetrauerunt manus meæ. Considera inerme latus crudeli percussum cuspide: & renoua me sacro sancto fonte illo quem inde credo profluxisse. Vide immaculata uestigia quæ non steterunt in uia peccatorum, sed perambulauerunt in lege tua diris confixa clauis: & perfice gressus meos i semitis tuis: & fac me odio habere omnem uiam iniquitatis. Nunquid non attendis pie pater adolescentis filij tui charissimum caput niuea ceruice deflexa præciosum resolutum in morsem. Aspice mitissime conditor dilecte sobolis humanitatem & miserere super infirmi plasmatis debilitatem. Candet nudatum pectus: rubet cruentatum latus: tensa arent uiscera: decora languent lumina regia pallent ora: procera rigent brachia: pendent cruce marmorea: rigat terebratos pedes beati sanc-

guinis unda. Specta glorioſiſſime genitor gratiſſime prolis lacerata membra: & mes morare benignus quæ mea ſubſtantia. Coſnpice dei hominis pœnam & reuela conditi hominis miſeriam. Vide redemptoris ſupplicium: & remitte redempti delictum. Hic eſt domine mi quem propter peccata populi percuſſiſti. Licet ipſe ſit dilectus in quo tibi bene complacuiſti. Ecce omnipotens deus pater domini noſtri Ieſu Chriſti: diſpone benignus quomodo miſererearis mihi: quoniam quicquid præcioſius inueni deuote obtuli: quicquid carius reperi: ſuppliciter præſentaui. Nihil mihi reliqui quin tue expoſuerim maieſtati: Enarraui tibi ſanctiſſime ſobolis mortem: quam pro me credo fuiſſe perpeſſam. En ſupplicatio mea propiciatio tua. Hic attende pius quem uere genueris filium: & quem redimeris ſeruum. Ecce ſpes mea: tota fiducia mea. Si pro mea ut dignum eſt morior iniquitate: reſpice ſaltem miſerãs pro dilecte ſobolis charitate. Attende in filio quomodo propitiaris in ſeruo: uide carnis ſacramentum: & remit

te carnis delictum. Recole quod bonus perpessus est filius & obliuiscere quod malus operatus est seruus. Per eundem filium tuum dominum nostrum iesum Christum: qui tecum & cum sancto spiritu in trinitate perfecta uiuit & reg. deus per omnia sæcu. Amen.

¶ Oratio ad filium de eiusdē passione uals de bona.

O Omine Iesu Christe qui pro nobis nasci uoluisti ut nos a morte liberares libera me ab omnibus peccatis meis: q passurus aduenisti propter nos libera me a subitanea & improuisa morte & ab æterna damnatione. Qui expansis in cruce manibus traxisti omnia ad te sæcula: trahæ me misericorditer & potēter post te per uiam mandatorum tuorum. & libera me a peccatis propriis & alienis: & perduc me quā doq; in consortium sanctorum tuorum. & absconde scelera mea in sinu tuo sanctissimo: & ne reserues ea dyabolo & inimicis meis: sed tu ipse me misericorditer foue & nutri. Curam habe de anima mea: quā mihi dedisti: ut nō pereat plasma tuū

nobile. curam habe de corpore meo: ut non pereat quod plasmasti manibus tuis sanctis. Esto custos meus qui es deus meus: ut te in necessitatibus meis inueniam adiutorem: quem habere merui redemptorem. Domine non secundum merita mea exerceas super me ultionem tuam: sed secundum magnam pietatem tuam pie corrige uitam meam: ut castis & sanctis moribus uiuam: quamdiu pietas tua uiuere me sinat. dona mihi domine ut te in hac uita sic cognoscam: ut me cognoscere digneris cum uenero ante conspectum tuum. Sic timeam ut a timore dæmonum liberari merear. da mihi māsionem cum omnibus sanctis tuis in regno tuo. & dignare me hodie & quottidie custodire & regere. & de omni peccato conseruare. & in hora exitus mei dignare mihi occurrere cū omnibus sanctis: ut nullus demon uoce aut uultu horribili mihi occurrat nec terreat: sed sancti angeli tui me suscipiant. & ibi me collocent ubi æterna uisione tui saciari merear. Da mihi domine in hora exitus mei fidem rectam: spem firmam charitatem per

fectam: Bonum ſenſum: confeſſionem cuꝫ pœnitentia: ſacram perceptionem corpoꝛis & ſanguinis tui: & unctionē ſacri oleí: cum recta fide & ſancta ſpe. Iube me tibí illeſum præſentari, & cum uenero ante te. non abſcondas faciem tuam a me. & noli mihi eſſe terribilis: ſed oſtende mihi uultū tuum mitem & placabilem: & iube me inter ſanctos tuos reſuſcitari: & ad dexteꝛam tuam collocari. Et uulnera ſancta tua ad remedium animæ meæ inſpicere. & fœlicem uocem tuam audire. Venite benedicti & cum omnibus ſanctis tuis perenniter gaudere. Obſecro domine Ieſu: cunctas portas meæ ciuitatis portas iuſtitie faci as: ut ingreſſus in eas confitear nomini ſancto tuo & ſancte maieſtati tue crebrius eam uiſenti. Non fetor elati corporis obruat: ſed ſalus occupet muros illius. & portas eius laudatio. Habitaculum cordis meí peccatoris domine euacuetur uitijs. repleaꝛtur uirtutibus: claudatur dyabolo. & apeꝛiatur ſpirituiſancto: ut bonorum operum clauibus regni cæleſtis ianuam ingredi merear. Dirige me Domine in uíam ſalutis

æternæ, & concede mihi peccatori, ut deinceps semp te nouerim & diligam, & præcepta tua custodiam, & mandatis tuis obediam, & per tuam clemẽtiam assequi in pñti sæculo ueniam oĩum delictoꝝ meoꝝ, ut in futuro æterna gaudia ꝓcipiam. Qui uiuis & regnas in sæcula sæculoꝝ. Amen.

¶ Incipit psalterium, a beato Augustino causa piæ matris suæ Monicæ, in terra marigꝫ eius uestigia insequentis, abbreuiatum: quod potest dici in extremis pro bono fine impetrando.

Omine deus pater oꝑs rex æternæ gloriæ, qui cum cognoscis beatum esse qui uiam ꝓceptoꝝ spernens legem præceptoꝝ tuoꝝ meditatur die ac nocte, doce me peccatorem tibi cum toto cordis timore fideliter seruire, & uocem meam te humiliter inuocantem, ita clementissime auribus ꝓcipe ut me diu delinquẽtem in ira furoris tui me derelinquas, ne illic insidians antiqssimus hostis rapiat ut leo aĩam meã: dũ non est q̃ redimat, neqꝫ qui saluũ faciat:

sed tu deus cuius nomen admirabile est in cælo & in terra ita puerte inimicū meum retrorsum: ut infirmet: & peat a facie tua. Neunquam irretiri ualeat laqueis ignels aia mea: neq; sulphur spiritus procellax ob glomeret me. Sed propter inopis miserias & gemitum pauperis nunc exurgens respice & exaudi me Domine qui consilium inopis qui spes eius es fac me ita ingredi sine macula: & operari iustitiam: ut gratia misericordie tue sit pars hereditatis meæ. Custodi me ut pupillam oculi: sub umbra alarum tuarum protege me: quia tu es uirtus mea & firmamentum meum. Ab occultis meis munda me domine: & ab alienis parce famulo tuo. Mitte mihi auxilium de sancto: desiderium animæ meæ tribue mihi. Libera me de ore leonis & deduc me per semitas iustitiæ. Et cum ascendero in monte sancto tuo: & stetero in loco sancto. Innocens manibus & mundo corde. Delicta iuuentutis meæ: & ignorantias meas ne memineris. Ne pdas cum impijs animam meam: & ne tradideris me in manibus persequentium me. Sed tu exaus

di propitius uocem deprecationis meæ: & fac ut in uocem te & gloriam nominis tui audiam & clementer miserearis mei. Et in te, domine sperans non confundar in æternum. Sed remitte mihi impietatem cordis mei. Fiat misericordia tua super me sicut spero ex omnibus in te. Dic animæ meæ salus tua ego sum. Et quia in protectione alarum tuarum spero. Da mihi petitionē cordis mei. Et intende in adiutorium meum domine deus salutis meæ. Notum fac mihi domine finem meum: & numerum dierum meorum ut sciam qd desit mihi. Exaudi ꝓpitius uocem deprecationis meæ: & educ me de lacu miserie: & de luto fecis. Statue supra petram pedes meos & dirige in semitam rectam gressus meos. Non declines gressus meos a uia tua. ut diligam iustitiā & odiam iniquitatem. Esto mihi refugius & uirtus: quia tu es rex magnus sup oēm terram qui regis oēs in secula. Libera animam meam de manu inferi: cum acceperis eam. Cum aūt manifeste ueneris ad iudicādum nos Domine miserere mei deus secundum magnam misericordiam tuam.

Et ſpiritum ſanctum tuum ne auferas a me. Auerte piiſſime Domine in illa hora faciem tuam a peccatis meis: & omnes iniquitates meas dele. Cor mundum crea in me deus: & ſpiritum rectum in uoua in uiſceribus meis. Et ſicut oliua fructifera in paradiſo domus tue: oleum accipſam ſanctitatis qualiter exultet cum iacob & letificet cum iſrael. Salua me in tuo nomine tuaq; me libera in uirtute. Ne deſpexeris depræcationem meam ſed miſerere mei. Mitte de cœlo & libera me: & da in opprobrium conculcantes me. Contere dentes eorum in ore ipſorum: & ꝓfringe molas eorum. Deus meus tu es miſericordia mea: me ſaluum faciat dextera tua. Et protegar a uelamento alarum tuarum: cum reddideris ſingulis iuxta opera eorum. Cum ſitit in te anima protege me a conuentu malignantium. Cum ad te omnis caro uenerit: non amoueas aiam tuam a me: ſed illumina faciem tuam ſup me. Proſperum iter fac mihi deus ſalutaris meus: ut non abſorbeat me profundū neq; apiat ſup me puteus os ſuū. Adiutor

meus & liberator meus esto Domine: ne tardaueris. Et quando in te spero domine: non confundar in æternum. Cum hi qui se elongant a te perierint: ne auertar ego humilis a facie tua. Tu exaltatus & nimis terribilis quis resistet tibi ex tunc in ira tua. Tu es deus qui facis mirabilia magna solus. Sicut populum tuum pane aluisti in deserto: a desiderio suo non fraudasti eū. Ita me esurientem gratiam tuam c to nunc preueniat minima tua. Et dum hac vtor fonte lachrymarum: & amaritudine compunctionum. Tempore tribulationis de petra mellis dulcedinem capiam eterne suauitatis. Deus qui in medio inter iustos & peccatores cuncta discernis: qui es solus altissimus super omnes gentes: tribue mihi benedictionem qui legem dedisti. Remitte iniqu tatem cordis mei: dimitte omnia pecata mea: Saluum me fac famulum tuus domine: deus meus sperantem in te. Domine qui fundasti ecclesiam tuam in montibus sanctis: inclina aurem tuam ad preces meam. Manus tua auxilietur mihi: & ne auertas me in humilitatem. Sed libera me

de laqueo uenantium: & a ruina & a demonio meridiano. Vt plantatus in domo tua floream: & sicut cedrus que est in libano merear multiplicari in longitudine diex. Esto mihi domine in refugium deus meus in auxilium spei mee: quoniam tu es dominus & rex magnus super omnem terram. Cum ueneris iudicare orbem terre in equitate: & populos in ueritate tua. Luce perenni fruar cum iustis: & cum rectis corde letitia. Saluum me faciat dextera tua & brachium sanctum tuum. Qui sedes super cherubin: fac me intrare in conspectu tuo cum exultatione: ut ambulem in innocentia cordis mei. Non adhereat mihi cor prauum: sed sint oculi tui super fideles & sanctos tuos. Vt sedeam cum eis ambulans in uia immaculata: cum disperderis per iudicium de ciuitate tua omnes qui nunc operantur iniquitatē. Dñe exaudi orationē meam: & clamor meus ad te ueniat. Nō auertas faciē tuā a me: ī q̄cūq̄ die tribulor inclina ad me aurē tuā. Propitius esto oībus iniq̄tatibus meis: redime de ītemtu aīa meā. Satia ī bonis desideriū meū: q

tespicis terram: & facis eam tremere. Qui eduxisti populum in manu moysi in exultatione: & electos tuos in letitia. Fac me custodire iudicium: & facere iustitiam in omni tēpore. Educ me de tenebris & umbra mortis: ut parato corde cantem: & psalmū dicam tibi. Fac mecum misericordiam propter nomen tuum in splendoribus sanctorum: in concilio iustorum: & congregatione. Iustitia mea maneat i sæculum sæculi: & cornu meum exaltetur in gloria. Vt dū suscitari me iusseris & de stercore me pauperem erexeris: benedicam te ex hoc nūc & usq; in sæculum. Et ut nunc complacea tibi in regione uiuorum: dirumpe nunc uincula mea: & confirma super me misericordiam tuam. Cum in tribulatione inuoco te domine exaudi me in latitudinem. Legem pone mihi domine uiam iustitie tue: & requiram eam semper. Da mihi intellectum ut perscruter legem tuam: & custodiam illam in toto corde meo. Erraui sicut ouis quæ perierat: require seruum tuum Domine: quia mandata tua non sum oblitus. Custodi introitum meum & exitum

meum.

meum. In domum enim tuam ſtantes ſunt pedes mei in atrijs tuis hieruſalem. Ad te leuaui oculos meos: qui habitas in celis: Et eripe animam meam de muſcipula uenantium: ut non extendam ad iniquitatem manus meas. Reple gaudio os meum: & linguam meam exultatione. Imple deſiderium meum in bonum: & benedic me n excelſum: ut uideam que bona ſunt hieruſalem: longe ab omni iniquitate. Fiant aures tue intendentes in orationem ſerui tui domine. Non ſit exaltatum in ſuperbia cor meum: neq; elati ſint oculi mei. Sed humiliter ſentiam donec ueniam in locum domini: tabernaculum dei iacob. Ibi mandaſti benedictionem & uitam uſq; in ſeculū: ubi & ego extollam manus in ſancta & benedicam tibi qui. iudicas populum tuum. Et in ſeruis tuis conſolaberis deus deorum & dominus dominorum. Deflentem me & adorantem ad templum ſanctum tuū. proba me deus & ſcito cor meum: interroga me & cognoſce ſemitas meas: & deduc me in uia æterna. Cōſerua me domine de manu peccatoris: & ab hominibus iniquis li

bera me. Dirigatur oratio mea: sicut incens sum i ꝓspectu tuo dñe. Educ de carcere ani mam meam: ad confitendum nomini tuo: quoniam tu es misericordia mea refugius meum & susceptor meus. Et quoniam ma gnus es & laudabilis nimis: & magnitudi nis tue non est finis. Erige elisum. Solue compeditum Illumina cæcum tu qui edifi cas hierusalem. Cum autem cōfortaueris seras portaꝝ eius: & intrinsecus consilijs eius fueris copulatus ubi te laudant ange lice omnes uirtutes tue in regno cæloꝝ. Ibi & ego exultans cum gloria in choro sanctoꝝ: in cymbalis labiorum laudem & glorificem nomen tuum qđ est sanctum & glorioſum & regnat ꝑ infinita semp sæ culorum sæcula.

¶ Letania post prædictum psalterium di cēda ꝑ fine bono ꝓsequendo. kyrie. xp̄e le. xp̄e audi nos. Saluator mundi rege & cu stodi aiam meam & uitam meam inter ten tationes huius mundi: & in extremis meis adiuua me. Sancta maria ora pro me: ne su bito & iparatus de hoc mūdo trāseā. S. dei genitrix ora ꝑ me: ne subito &c. ut supra.

Omnes ſancti angeli & archangeli: orate pro me ne ſubito.
Omnes ſancti pricipatus & poteſtates orate pro me: ne &c.
Omnes ſancti throni & dominationes: orate pro me: ne &c.
Omnes ſancte uirtutes, orate pro me &c.
Omnes ſancti cherubin & ſeraphin, orate pro me, ne.
Omnes ſancti patriarche & prophete, orate pro me, ne ſubito.
Omnes ſancti apoſtoli & euangeliſte orate pro me, ne ſubito.
Omnes ſancti diſcipuli domini, orate pro me ut ſimplex & intētus ad deum de hoc mundo tranſeam.
Omnes ſancti martyres, orate pro me ut ſpe firma, fide robuſta, deum confitendo de hoc mundo tranſeam.
Omnes ſancti confeſſores, orate pro me ut pura confeſſione & pœnitentia & indulgentia reconciliatus deum confitendo de hoc mundo tranſeam.
Oēs ſancte uirgines & uidue, orate pro me: ut amare flendo & orādo pro delictis me

is fœliciter de hoc mundo transeam.

Omnes sancti orate pro me ut a uinculis peccatorum absolutus liber ad deum de hoc mundo transeam.

Propitius esto: parce mihi in extremis meis ne ꝓpter peccata mea segregatus a te moriar extra.

Ab omni malo in extremis meis libera me ut in die iudicii per te securus in te moriar gauisurus.

Per crucem tuam & per interceſſionē omnium sanctorum tuorum in extremis meis libera me ut moriar beatus in te.

Peccator & iniquus: miser & flagitiosus pro ultima hora mortis, te rogo exaudi me domine: ut in extremis laboranti succurrere digneris: te rogo exaudi me Domine.

Vt animam meam de hoc mundo migrantem ad locum quietis & gaudij per angelos tuos deduci iubeas. Te rogo exaudi me domine.

Fili dei in extremis meis parce peccatis meis: & miserere mei.

Agne dei qui tollis peccata mundi: in ex-

tremis meis ſuccurrere mihi & miſerere mei. Xp̃e audi nos. kyrieeleiſon. Xp̃eeleiſō. Kyrieeleiſon. Pater noſter. Ne reminiſcaris domine delicta mea uel parentum meorū: neq; uindictam ſumas de peccatis meis: & in extremis meis non ſinas intereſſe & in me præualere dyabolū: aut nouiſſima mea deterrere poteſtates tenebrarum. Sed præſta per interceſſionem oīum ſanctorū tuorū ut tuo angelo præſente tranſitus meus de hoc ſæculo ſpe firma regatur: fide catholica muniatur. ac totus ipſius animæ exitus in te & ſcd'm te fiat ne ſe intremiſcere audeat angelus malus: aut locum inuadendi habeat tetra cohros & maligna dyaboli. In manus tuas & miſericordiam tuam domine deus pius creator meus: & redemptor & liberator meus: Pater & filius & ſpiritusſanctus commendo aiam & corpus meum ſenſus meos & intellectum meum memoriam & fidem meam: ſpem & perſeuerantiam meam: uiſum: auditum: guſtū: odoratum: & tactum: & omnes cogitationes: locutiones: actiones: omnes neceſſitates meas: omniaq; interiora & exteriora

quo sequuta es cum lachrimis ad crudele spectaculum passionis eius & mortis, per probra, sputa, colaphos, irrisiones, falsas accusationes, & iudicia insusta, per uestem sorte & ludo acquisitam, per uincula, & flagella eius, per trinas lachrimas eius, per guttas sanguinei sudoris eius, per patientiam & taciturnitatem eius, per pauorem & tedium ac mœstitiam cordis eius, per uerecundiam quam habuit quando denudatus est in cruce, & coram te piissima uirgo Maria omnique populo pependit, per regale caput eius arundine conquassatum, per spineam coronam eius, per sitim & gustum aceti cum fele mixti, per lanceam infixam sacratissimo lateri eius, per sanguinem & aquam quæ de sacratissimo latere eius profluxerunt, & misericordiam & gratiam suam per nos abundanter effuderunt, per clauos infixos manibus & pedibus eius, per commendationem eius qua patri suam præclarissimam animam commendauit, per dulcissimum spiritum eius quem cum clamore ualido clamando, hely, hely, lamazabathani, & inclinato capite emisit spiritum di

cens, consummatum est, per scissuram ue-
li in templo & petræ, per obscurationem
solis & lunæ, per tremorem terræ, per mise-
ricordiam eius factam in latrone, per cru-
cem & passionem eius, per descensionem
eius ad inferos, per omnes animas quas vi-
sitationis suæ aduentu lætificauit, per gau-
dium & victoriam & gloriam resurrectio-
nis eius, per apparitionem eius qua per
quadraginta dies post resurrectionem tibi
o præelecta virgo Maria & Apostolis cæte-
risq; electis apparuit, per glorioſam ascen-
sionem eius, qua te virgine gloriosa, & ip-
sis cernentibus in cælum eleuatus est, per
gratiam spiritus sancti paracliti quam disci-
pulorum cordibus in linguis igneis infu-
dit, & per quam eos in toto orbe terrarum
longe lateq; diffudit, per tremendum diem
iudicij, quo tempore uenturus est iudicare
uiuos & mortuos & sæculum per ignem,
per omnem compassionem eius tecum in
hoc mundo participantis, per suauitatem
osculorum eius, per ineffabile gaudium
quo assumpta es in conspectu eiusdē, ubi gau-
des & exultas, lætifica cor meū, exaudi me-i

hac petitione mea, pro qua te suppliciter exoro & deuote.

¶Hic pete quod uis.

ET sicut certus sum q̄ ille nihil tibi negans honorat, ita sentiam facilius plenius, celerius & efficacius tuum sanctissimum adiuuamen & ꝓsolamen secundum suauitatem misericordissimi cordis tui & secundum dulcissimi filij tui uoluntatem timentium se & delectantium in se & petitionem cordis eorum, & scd̄m necessitatē meam in his & in omnibus rebus pro quibus sanctissimum supplex inuoco nomen tuum & adiuuamen tuum, ut obtineas mihi apud deum dulcissimum filium tuum in fide catholica spem firmam, charitatem q̄ ꝓfectam, ueram cordis ꝓtritionem, fontem lachrymarum synceram confessionem dignam, ac sanctissimam satisfactionem, diligentemq̄ custodiam a peccatis, ꝓtemptum mundi, dilectionem dei & proximi. Flagella dilectissimi filij tui i corpore meo immundissimo, ueram patientiam ad oia ea quæ ꝓ amore filij tui sunt sustinenda, etiam mortem turpissimam si oportuerit,

executionem uotoꝝ, ꝑseuerantiam in bonis operibus, mortificationem propꝛie uoluntatis, conuersationē tibi placentem, fœlicem obitū. Et in extrema hora uitæ meæ pœnitentiam uehementem, bonicꝫ sensus itegritatem cum loquela. Et animabus parentum meorum, fratrum, & sororum, & omnium benefactorum meorum uiuorus & mortuoꝝ, & uitam sempiternam. Aīn.

¶ Q uicūcꝫ subscriptam orationem quotidie dixerit in honore beatissime uirginis Mariæ trecentum dies indulgentiarum habebit ab Innocentio Papa q̄ eam instituit et eidem dicenti uult ipsa.b.uirgo Maria præsentialiter astare eum ꝑsolando triduo ante mortem suam & horam sui exitus ꝑnunciare, & q̄ de numero saluandoꝝ sit ei intimæ. Sicut in quodam monasterio ordinis sancti Eñdicti reuelatum est cuidam abbatisse in extremis laboranti, & ex post sæpius expertum.

O Clementissima domina & dulcissima uirgo sancta maria mater dei. Omni pietate plenissima uirgo ante partum, uirgo in partu, & uirgo post partum, ma-

ter orphanoꝝ, consolatio desolatorum, uia errantium, salus in te sperantium, fons uitæ & ueniæ, fons salutis & gratiæ, fons pietatis & indulgentiæ, fons consolationis & lætitiæ, obsecro te per illam scientiam & ineffabilem lætitiam qua exultauit spiritus tuus in illa hora qñ tibi per Gabrielem archangelus annunciatus est, & in te ꝓceptus est filius dei: & per illud diuinum mysteriū qđ tunc operatus est in te spiritussanctus, deprecor te per illam maximam misericordiam, infinitam clementiam, benignissimam pietatem, feruidissimam charitatē & ꝓfundissimam humilitatem, qua filius tuus de sinu patris descendit accipere humanam carnem de uenerabilissimo utero tuo, & qbus te respexit quando te sup choros angeloꝝ exaltauit: rogo te per immensam humilitatem qua tu respondisti dicens archangelo Gabrieli, ecce ancilla domini, fiat mihi scđm uerbum tuum: quæso te piissima uirgo Maria per ineffabilia gaudia tui uirginalis ac supadmirandi conceptus & partus, & post hæc dominicæ resurrectionis & ascensionis, & tuiipsius assumptionis &

glorificationis, & per omnia alia ſancta gaudia quæ habuiſti, & habes de filio tuo domino noſtro Ieſu chriſto, ut adiuues & lætifices animam meam gaudio ſpiritali, quo ſpiritus meus exultet in ſolo deo ſalutari meo: inſuper o gloriosa dei genitrix & uirgo Maria, te inſtanter moneo per illam ſanctam & maximam compaſſionem, & acerbiſſimum cordis tui dolorem, quē habuiſti, quando filium tuum dominum noſtrum ieſum Chriſtum ante crucem nudatum, & in ipſa eleuatum, pēdentem, crucifixum, uulneratum, ſitientem, felle & aceto potatum uidiſti, uoce magna clamātem audiſti, & morte crudeliſſima morientem doloroſiſſime conſpexiſti: o martyr cum martyribus tranſgladiata morte ſacratiſſima tui filij, humiliter tibi ſupplico, per quinq; uulnera ſua, per riuos ſacri ſanguinis, per contractionem uiſcerum ſuorum, prænimio dolore uulnerum ſuorum, ut animam meam incendas & uulneres amore & paſſione dilecti filij tui, ſicut anima tua ſanctiſſima fuit in hora paſſionis eiuſdem doloris acuto gladio uulnerata, & per

fontes sanctarum lachrymarum tuarum quas in eiusdem filij tui passione fudisti. Da mihi pro peccatis meis ueras plangendi lachrymas, & cõdignas Peto te suppliciter o piissima uirgo maria p omnem passionem dilecti filij tui & cõpassionem cordis tui ne repellas me ꝓpter peccata mea Infinita: sed per tuam maximam clementiam audi & exaudi me, & da mihi quicqd filius tuus requisierit a me ueraciter agnoscere tuo iuuamine feruenter incipere, perseueranter exequi, fœliciter adimplere. O Flos ✠ginum maria, regina cæli. Deprecor humiliter & deuote & cum omnibus sanctis & electis dei uenias & festines in consilium & auxilium meum, in omnibus orationibus & angustijs & necessitatibus meis, & in omnibus rebus in quibus sum facturus, cogitaturus, aut locuturus, diebus ac noctibus, horis, atq; momẽtis uitæ meę & fac me doctum, pugilem, astutum, fortem, uigilem, ut mundum, carnem, dæmonem, & hostes ifestos superem & mihi indignissimo famulo tuo impetres a dilecto filio tuo misericordiam uere pœnitentie

ſpatiũ, corporis ꝫ aiæ ſalutem, & ſancti ſpi
ritus gratiam, qui bene oĩa diſponat, præ
terita mala indulgeat, præſentia emendet,
& futura moderet, ueterem hoĩem exuat,
& nouum creans ſibi habitaculum faciat;
aiam cuſtodiat, corpus regat, cogitationes
purificet, uota & deſideria ſancta infundat,
recta conſilia inſtruat, iuſta opa pficiat, ſen
ſus corrigat, mores componat, actus diſpo
nat, curſum dirigat, & a ſeptem peccatis
criminalibus uſq; in finem me liberet ac
defendat, uirtutes inſerat ſacras, rectam fi
dem, firmam ſpem, & pfectam charitatem
mihi tribuat, uictoriam cõtra huius mũdi
aduerſitates, ueram pacem ſpiritualem &
corporalem, humilitatem, caſtitatem, patiẽ
tiam, & in oi bono pſeuerantiam mihi cõ
cedat. O Maria maris ſtella, portus ſalutis
naufragãtium, dux pia, miſeroꝝ patrona
dulciſſima, reoꝝ aduocata doctiſſima, deſpe
ratoꝝ ſpes unica, peccatoꝝ ſaluatrix magni
fica, indies me nouiſſima, me facie tua ſplen
diſſima præcor irradia, tutrix ſecretiſſima,
meæ mortis piiſſimam diem & horam nũ
cia, a pyiratha profugo, tu portum præbe

naufrago, confer patrocinia dans misero solatia, sis spes ne desperatione succumbam mortis in agone, cum tunc non sit spes altera, nisi tu uirgo puerpera patris parens & filia cui me reconcilia. O miseri cordiarum & uenie fons in euacuabilis, immo ipsa misericordia, & uenia nullis dans repulsam, exaudritrix benignissima hanc orationem supplicem clementer suscipias & exaudias, & uitam æternam mihi tribuas. Audi & exaudi me benignissima ꝟgo maria mr̃ dei & misericordie. Amen.

¶ Item alia oratio de eadem similis efficacie cum prædicta.

AD sanctitatis tue pedes dulcissima uirgo maria corpore prostratus & corde supplex oro, ut aliquid a te rogare me doceas, quod te audire & filium tuum exaudire delectet. Indignus sum gratia & minor cunctis miserationibus tuis peccatis meis obstantibus a te sanctissima audiri, & a filio tuo benedictissimo exaudiri non mœreor noli tamē ad te clamantem & ultam emendare cupiētem pia repellere, que manum gratiæ porrigere soles ad te suspi

tanti. Memorare pijſſima nō ee auditum a ſæculo quenquam ad tua currentem præſidia aut petentem ſuffragia a te derelictum Tali animatus ꝓfidētia, ad te uirgo Maria confugio, ad te curro, ad te uenio coram te gemens & tremens aſiſto. Noli uirgo immaculata a me peccatore faciem tuam abſcondere, ſed ad me clementer attende. Noli mater omnium ab omni benignitate tua me excludere, ſed benigne fac mecum ꝓpter nomen tuum ſanctum. Noli mater gratiæ filii tui gratiam mihi denegare, ſed gratifica me gratiæ illi quem gratia plena genuiſti. Noli ſtella maris, oberrare me a uia lucis diu permittere, ſed ſplendoris tui directione erue me a peccatorum caligine. Noli porta cæli ob ſcelera mea iugiter obſecrari, ſed reporta me ad portam gratiæ, a qua ingratus exiui, ꝓ quam tu mundo uitam & ſalutem reportaſti. Noli regina gr̃iæ ob tue celſitudinis gr̃iā mei ꝓtōris obliuiſci, ſed memor eſto fragilitatis meæ; & adiuua me propter magnitudinem gloriæ tue. Immo noli regina miſericordie in me miſero ꝓtore antiq̃ miſericordie tue no-

men amittere, sed de multitudine miserationum tuą miserere mei. Noli quæso clementissima aures tuæ pietatis ob ingratitudinem meam ad clamorem meum claudere. Noli misericordes tuos oculos a me miseroą spes auertere. Noli solitam pietatis tuæ manum retrahere, sed tolle qđ mętuo, largire quo caræo, indulge qđ offendo, salua me saluatrix, redime me redēptrix, peccata mea grauant me, mūdus inuoluit me, caro præmit & ingnat me, hostis insidiaę ut rapiat me in hora mortis, & sentētia iusti iudicis terret me, peccata habeo, merita nescio, sed tu adiutrix fortis in tribulatiosnibus, adesto doloribus meis, tantis consule periculis, aliud enim refugium nescio post filium tuum, o benignissima peccata mea dele, a mundo me ablue, cor liquefacito, spiritum humilia, carnem iustifica, in bono ppositum meum confirma, hostem remoue, redde mihi innocentiam uitæ, reduc me in sinum gratiæ, rege me ne ruam in mortem animæ uel opprobrium famæ, & si cecidero me erige, mores actus & uitam corrige, in omni aduersitate mea adiua me,

ua me, in cunctis agẽdis dirige me, deo placita doce me, obtine mihi ſpacium & locũ pœnitentie. In hora exitus mei o clemens mihi digneris adeſſe. Tremendam iudicis ſententiam in manſuetudinem conuerte. Perduc me ad beate uiſionis præmium regnum gloriæ. Et alme trinitatis faciem ſine fœlicitatis fine perfruendam mihi placabilem oſtende. O pia o dulcis uirgo maria. Amen.

¶ Item alia oratio ad beatiſſimam uirginẽ mariam pro uenia peccatoꝝ impetranda.

SAnctiſſima & beatiſſima uirgo Maria digniſſima & incorrupta genitrix filij dei, ſplendidiſſima maris ſtella regina angelorum, dña regum, cuius ſpeciem rex ęternus concupiuit quæ procedis uelut aurora conſurgens pulchra ut luna electa ut ſol, terribilis ut caſtrorum acies ordinata. Cuius odor ueſtimentorum eſt ſuper omnia aromata, quæ aſcendis per deſertum ſicut uirgula fumi ex aromatibus myrrhe & thurris & uniuerſi pulueris pigmentarij, uirga de radice ieſſe uirga ſacerdotalis & regia, quæ ſiue humore ſeminis p obũ-

bratione sancti spiritus uirescens fron/
duisti, & uitæ fructum florida germinasti:
porta soli dei peruia, paradisus delitiarum,
hortus concluſus, fons signatus, puteus
aquarum uiuentium, templum spirituſſan
ct, thalamus immaculati sponsi, sponsa in
carnati uerbi, quam ueneratur, adorat, &
excolit omnis militiæ cælestis exercitus,
quam timet & expauescit omnis infernor
potestas, cui deuotissimis cordibus obseq/
tur uniuersitas gentium: quam beatam sin
gulariter & benedictam prædicant omnes
generationes, sub cuius honoris culmine
se humiliant principes, cuius uenerationi
submittere se gaudent reges & summi api
ces imperatores. ad te o domina quæ tanta
præemines excellentia, quæ tanta omnes
excellis eminentia: ad te inquam uenio pec
ca or humilimus omnium & abiectissimus
in tota creatura dei: ad te uenio per quam
salus mundi edita est, ut salutem corporis
& animæ præcibus tuæ dignationis obti/
neam: ad te uenio quæ immunem ab omn
ni peccato deum & hominem genuisti, ut
mihi peccatorum meorum ueniam apud

eundem benedictum uentris tui fructum, obtentu maternæ pietatis implores : ad te uenio quæ ante partum uirgo extitisti, & uirgo in partu, & post partum permansisti, ut mihi tua intercessione reparare dignéris immunditiam cordis & corporis, quam tot & tantis inquinamentis carnis & spiritus pollui, quam sic innumeris uiciis ab ineunte pueritia tantarum sordium fœditate corrumpi : ante te postremo uenio, nihil de tua potastate diffidens, nihil de tua pietate desperans, nihil de interuentus tui gratia dubitans: scio enim quia potes omnia quæ uis, & uis omnia quę ad humanam spectant salutem: & quia pie te fideliterq; petentibus misericorditer subuenire non differs. testis est magnus pater Basilius. testis est peccator olim Theophilus. testis est & piæ memoriæ Gregorius papa septimus : uel quanta potestate prædita sis, uel quanta pietate redundas, uel quamceleriter in te sperantibus auxilium tuæ liberationis impendas. unde & ego licet indignus rogo & deprecor te o dña regina cęli & terrę p illā singularē quā

tibi deus præstitit gratiam per illam quæ de immaculata carne tua processit humanitatem nostri mediatoris uerbi, & carnis, ut exiguitatis meæ præces dignanter accipias, & opem tui patrocinij apud eundem filium tuum hic & in futuro sęculo clemẽter exhibeas, quia fas non est ut tibi p me uel pro alio aliquo peccatore pœnitenti qc quam deneget ille qui de te nasci dignatus est uerus rex & uerus pacificus dominus noster iesus christus. Q ui cum patre & spiritu sancto uiuit & regnat. Amen.

¶ Sanctus Emundus cantuariensis archiepiscopus sequentem orationem composuit, eamq; quottidie dicere cõsueuit in honorem sanctissime dei genitricis semperq; uirginis mariæ, & beati Ioannis euangelistę tutoris eius. Q uam cum semel propter occupationem quandam dicere neglexisset, apparuit ei sanctus Ioannes euangelista ferulam in manu tenens & ut leuaret manum imperans. Q ui cum leuasset & ille ferulam alte leuans, pie tamen submittens blande eum corripuisset subiungens ait. Caue ne amplius unquam omittas.

Quod diligenter obseruauit, maximamq; ob hoc sanctitatis gratiam promeruit. Multa etiam alia leguntur facta miracula uirtute istius orationis quæ breuitatis causa hic omittuntur.

O Intemerata & in æternum benedicta singularis & incomparabilis uirgo dei genitrix. Maria, gratissimum dei templum spiritussancti sacrarium, ianua regni cælestis, per quam post deum totus inluit orbis terrarum, inclina aures tue pietatis indignis supplicationibus meis, & esto mihi peccatori pia in omnibus auxiliatrix. O Ioannes beatissime christi familiaris amice qui ab eodem domino nostro Iesu christo uirgo electus, & inter cæteros magis dilectus, atq; mysterijs salutaribus ultra omnes imbutus apostolus eius & euangelista factus es præclarissimus. Te inuoco cū matre eiusdem saluatoris ut opem tuam mihi cum illa ferre digneris. O duo gēme cælestes maria & Ioannes. O duo luminaria diuinitus ante deum lucentia, uestris radiis effugate scelerum meorum nubila.

uos estis illi duo, in quibus ipse deus pa ter per filium suum specialiter hædificauit sibi domum, & in quibus ipse filius dei pa tris unigenitus ob, syncerissimæ uirginita: tis uestræ meritum dilectionis suæ confir mauit priuilegium in cruce pendens uni uestrum ita dicens, mulier ecce filius tuus, deinde ad alium, ecce mater tua: in huius sacratissimi amoris dulcedine, qua ita ore dominico uelut mater & filius inuicem cõ iuncti estis, uobis duobus, ego peccator hodie corpus & animam meam commen do, ut omnibus horis atq; momentis intus & exterius firmi custodes, & pij apud de: um intercessores existere dignemini: credo enim firmiter, & fateor, & indubitãter scio quia uelle uestrum uelle dei est: unde quic quid ab illo petetis sine mora obti nebitis. per hanc igitur tam potentissimam uestræ dignitatis uirtutem, poscite mihi corporis & animæ salutem, & a deo indulgentiam omnium peccatorum meorum, atq; in ex trema hora huius uitæ uenire mihi in ad iutorium contra omnes laqueos inimici, & in die iudicij, quando redditurus sum

rationem de peccatis meis ſuccurrite mihi ante tribunal Chriſti, ut non deputer cum impiis ad pœnam, ſed cum iuſtis ad gaudium & ad gloriam: agite quæſo, agite glorioſis ueſtris orationibus, ut cor meum in uiſere & inhabitare dignetur ſpiritus almus gratiarum largitor optimus, qui me cunctis uitiorum ſordibus expurget, ſacris uirtutibus exornet in dilectione dei & proximi perſeuerare faciat, ut poſt huius uitæ curſum ad gaudia ducat electorum ſuorum benigniſſimus paraclytus. Qui cum patre & filio coæternus uiuit & regnat deus, per omnia ſæcula ſæculorum. Amen.

¶ Sequens oratio dicitur Aurea, eo ꝙ nulla eo dulcior & beatæ uirgini Mariæ acceptior ſenſu humano dictari poteſt, ſi cum deuotione dicatur, prout ipſa me habens eandem ſalutationem aureis literis in pectore ſubſculptam cuidam deuotæ religioſæq; perſone legitur reuelaſſe, & ad eam dicendam exhortaſſe.

AVe roſa ſine ſpinis, tu quam pater in diuinis maieſtate ſublimauit, & ab om

ni ue purgauit. Maria stella dicta maris, tuo nato illustraris luce clara deitatis, quę præfulges cunctis datis. Gratia plena te p fecit, spiritussanctus dum te fecit, uas diuinæ bonitatis & totius pietatis. Dominus tecum miro pacto uerbo uitæ carne facto opere trini conditoris, o quam dulce uas amoris. Benedicta tu in mulieribus. Hoc testat ois tribus, cæli fant te beatam & superexaltatam. Et benedictus fructus uentris tui. Quo nos dona semper frui p prægustum hic in euum & post mortē in æternum. Amen. Hunc salutis sensum tue laudis gratum pensum. Corde tuo sinu pia. Clemens dulcis, o maria. Amen.

¶ Quicunq; sequentē oratiunculam quotidie deuote dixerit, sine pœnitentia & mystico corpis christi nō decedet sicut fuit reuelatum beato Bernardo cui ab angelo data est.

AVe Maria ancilla sancte trinitatis Aue Maria sponsa spiritussancti. Aue maria mater domini nostri iesu christi. Aue maria soror angelorum. Aue maria promissio prophetarum. Aue Maria regina

patriarcharum Aue maria magistra euangelistarum. Aue maria doctrix apostolorum. Aue maria confortatrix martyrum. Aue maria fons & pulchritudo confessorum. Aue maria decus & corona uirginū. Aue maria salus & consolatrix uiuorum & mortuorum. Mecum sis in omnibus tēptationibus: tribulationibus, necessitatibus, angustijs, infirmitatibus meis. Et impetra mihi ueniam omnium delictorum meorum, & maxime in hora extius mei non desis mihi o pijssima uirgo maria. Amen.

¶ Bonifacius Papa dedit omnibus sequētem orationem deuote dicentibus centum dies indulgentiarum.

AVe maria alta stirps lilij castitatis Aue pfunda uiola uallis humilitatis. Aue lata rosa campi diuine charitatis. Aue abyssalis fons omnis gratiæ & misericordie, cæli ros fructifer omnis diuine suauitatis & deuotionis. Amen.

¶ Sequitur oratio de omnibus membris beatissime uirginis mariæ, quam qui deote dixerit, specialem ab ea gratiam conse-

quitur. Et debet dici post quamlibet clausulam unum uel duo. Aue maria iuxta exigentiam membri uel membrorum eiusdē beatissime uirginis.

O Dulcissima regina mundi dei genitrix uirgo maria, dignare me laudare adorare & benedicere tua sanctissima uirginea membra nectare cælesti & diuino recolenda. Aue maria.

℣ Adoro & bñdico altissimos pedes tuos: quibus antiq serpentis cum oibus pompis eius caput calcasti: & arcem uirtutum uirginitatis prima ascendens dominum portantem omnia sine grauamine portare meruisti. Aue maria. Duo.

℣ Adoro & benedico castissimum uterum tuum aceruo tritici liliis candidissimis uallato comparatum a spiritu sancto imprægnatum, in quo tanquam thalamo mundissimo uerum deum & uerum hominem dei filium concepisti. Aue. maria.

℣ Adoro & benedico nobilissimum cor tuum omni sapientia cælesti decoratum, & ardore charitatis inflammatum. in qua sacra cōferens nostre redemptionis myste

rla, tempore congruo reuelanda diligẽter & fidelissime conseruasti. Aue ma.

℣ Adoro & benedico fœcundissima ubera tua botris assimilata, uirtute cælesti repleta quibus dei filium pro nobis paruulum factum a quo pascuntur omnia lactauisti. Aue maria. Duo.

℣ Adoro & benedico manus tuas tornatiles plenas hiacynctis quibus mundi salua torẽ natum adorans in pręsepio reclinasti, & eius membra sacratissima in omni puerili necessitate reuerendissime tractasti. Aue

℣ Adoro & benedico os & linguam tuã disertissimam quibus angelo nuncianti verba salutis & uitæ respondisti, & cum dulci melodia pro susceptis beneficijs gratias referens magnificat decãtasti Aue. m. Duo

℣ Adoro & benedico labia tua melliflua quæ saluatoris ori benedicto genitrix immaculata multotiens per oscula coniunxisti. Aue maria.

℣ Adoro & bñdico nares tuas decentissimas qbus dulcedinem diuine prasentie & & floris de Nazareth ideſt Christi Domini nri mirã fragrãtiam sensisti. Aue m. Duo.

¶ Adoro & benedico obedientes aures quas ad obseruationem diuinorum præceptorum & cõsiliorum inclinasti, quibusq; dulcia uitæ eloquia ab ore increate & summe sapientie suscepisti. Aue.m. Duo.

¶ Adoro & benedico speciosissimos oculos tuos, qui sponsum aduolare fecerunt, quorum uirtus & efficacia tanta existit, ut nequeant æternaliter mori quoscunq; ex ipsis uolueris misericorditer intueri. Aue maria. Duo.

¶ Adoro & benedico animam tuam sanctissimam & corpus tuum mundissimum in quibus dei filio gratissimum habitaculum præparasti, & in quibus ut pie creditur in cælestibus iuxta filium tuum residens, iam stolam duplicem speciali quodam priuilegio in amenitate summe beatitudinis recepisti. Aue maria. Duo.

¶ Subscriptam orationem edixit Sixtus Papa quartus & concessit omnibus eam deuote dicentibus coram imaginem beate uirginis in solennitatibus .xj. milia annorum uere indulgentie.

AVe ſanctiſſima Maria mater dei, regi/na cæli, porta paradiſi, domina mundi tu es ſingularis uirgo pura, tu concepiſti ieſum ſine peccato, tu peperiſti creatorem & ſaluatorem mundi in quo ego non dubito, ora pro me ieſum dilectum filium, & libera me ab omnibus malis. Amen.

¶ Sequuntur orationes de ſeptem gaudiis corporalibus beate marie uirginis, & debet dici Aue maria poſt quodlibet.

VIrgo tẽplum trinitatis, deus ſumme bonitatis & miſericordie, qui tue humilitatis dulcoremq; ſuauitatis uidit & fragrantie. De te naſci nunciatur cum per angelum mandatur, tibi ſalus gratiæ modum queris demonſtratur, dum conſentis incarnatur confeſtim rex gloriæ, per hoc gaudium præcamur ut hunc regem mereamur habere propitium, & ab eo protegamur protecti recipiamur in terram uiuentium. Aue maria.

¶ Secundum gaudium gratularis cum tu ſolem ſtella paris uelut luna radium, pariendo non grauaris uirgo manens nec mutaris propter puerperium ſicut flos ꝓpter

odorem ſuum nō pdit decorem cum odor emittitur. Sic tu propter creatorem uirginitatis candorem non perdis cum naſcit. O maria mater pia eſto nobis recta uia ad tuum filium ac pro tua gratia, depelle nra uitia per hoc ſanctum gaudium. Amen.

¶ Tertium gratulari ſtellam nouam quā morari uides ſuper filio, cum a magis adorari ipſum cernis & ditari munere cum uario ſtella notat unitatem treſq; reges trinitatem in prædicto filio. Aurum mentis puritatem, myrrha carnis caſtitatem, & thus adorantis. O maria ſtella mundi a peccatoſimus mundi pro te plena gratia, & uirtutibus fœcundi, leti tecum & iocundi letemur in patria. Aue maria.

¶ Quartum uirgo cibo datur cum a morte ſuſcitatur chriſtus die tertia, per hoc fides roboratur ſpeſq; redit mors fugatur atq; datur uenia, hoſtis malus captiuatur dolet gemit anxiatur amiſſa potētia, homo captus liberatur & ab imo ſubleuatur ſurſum ad cæleſtia. O tu mater creatoris funde præces cunctis horis, ut poſt iſtud fœculum, poſt curſum huius laboris beatis

iungamur choris ſupnorum ciuium. Aue maria.

¶ Quintum uirgo recepiſti aſcendentem cum uidiſti filium in gloria, tunc aperte cognouiſti q̄ tu mater extitiſti, cuius eras filia. In aſcenſu demonſtratur uia per quam aſcendatur ad cæli palatia. Ergo ſurgat & ſequatur iſtam uiam qui moratur in mundi miſeria, per hoc gaudium rogas mus ne ſubijci ualeamus dæmonis impe rio. Sed ad cælos aſcendamus, ubi ſem/ p̄ gaudeamus tecum & cum filio. Aue ma.

¶ Sextum gaudium oſtendit de ſupernis quæ deſcendit in linguis paraclytus, dum confirmat & defendit, replet mundat & accendit Apoſtolos penitus. Ignis in lin guis eſt datus, ut per ignem ſit ſanatus homo linguis perditus. Et per ignem ſit ſanatus qui fuerat maculatus p̄ pecca/ catum penitus per hoc gaudium beatum ora uirgo tuum natum ut in hoc exilio de leat noſtrum reatum ne ſit nobis in peccas tum in extremo iudicio. Aue maria.

¶ Ad ſeptimum inuitauit cum de mun/ do te uocauit xp̃s ad cæleſtia, ſup choros

exaltauit exaltatā honorauit ſpeciali gra-
tia, ſic honor tibi præſtatur q̄ nemini mi-
ſereatur niſi, per te curia, nec uirtutibus do
tatur niſi per te cui datur uirtutum cuſto-
dia, uirgo mater pietatis ſentiamus bonita
tis tue beneficium, ut nos ſerues a pecca-
tis & p̄ducas cum beatis ad æternum gau
dium. O maria mater mūda a peccatis nos
emunda per hæc ſeptem gaudia, & ſecun-
do nos fœcunda & duc tecum ad iocunda
paradiſi menia. Aue. ℣. Dignare me lauda
re te uirgo ſacra. R. Da mihi uirtu.

¶ Oratio.

DOmine ieſu chriſte unigenite ſummi
patris q̄ glorioſam uirginem mr̄em
tuam letificare dignatus es concede propi
tius famulis tuis eadem gaudia ad hono-
rem uirginis & mr̄is tue ſepe recolēr qua
tenus eius interceſſione gratiſſima & me-
ritis glorioſis mœreantur cum ipſa & ſan
ctis tuis omnibus in tua gloria aeternaliter
gloriari. qui cum deo patre &c.

¶ Item alia oratio de eiſdem gaudijs.

GAude uirgo mater chriſti quæ per au
rem concepiſti Gabriele nuntio.

¶ Gaude

¶ Gaude quia deo plena peperisti sine pena cum pudoris lilio.

¶ Gaude quia tui nati quem uidebas mortem pati fulget resurrectio.

¶ Gaude christo ascendente q̄ in cælos te uidente motu fertur proprio.

¶ Gaude quæ post ipsum scandis & est honor tibi gr̄dis in cæli palatio. Vbi fructus uentris tui per te detur nobis frui in perēni gaudio. Amen. ℣. Ora pro nobis sancta dei genitrix. R. Vt di. Co.

DEus qui beatissimam uirginem mariā in conceptu & partu dilecti filij tui ℣ ginitate seruata duplici gaudio letificasti: quiq̄ eius gaudia eodem filio tuo a mortuis resurgēte, & ad cælos ascēdente multiplicasti: tribue quæsumus ut ad illud ineffabile gaudiū quo tecum assumpta gaudet in cælis eius meritis & præcibus puerenire ualeamus. Per eundē X̄pm. Am̄.

¶ Item alia breuis de quinq̄ gaudijs beate Mariæ: & est beati Bernardi abbatis clareualllis ut dicitur.

ESt tibi o piissima quasi oscul̄ iprimere hūc audire uersicul̄. Aue. mari. gr̄a

plena dñs te. Totiens enim oscularis quotiens p aue salutaris. Ergo ad eius imaginẽ accedite oscula imprimite, aue maria dicite. Gaude uirgo gratiosa uerbum uerbo ꝓcepisti. Gaude tellus fructuosa fructũ uitæ protulisti. Gaude rosa speciosa uernans christo resurgente. Gaude mater glorioſa christo cælos ascendente. Gaude fruens delitiis nunc rosa iuncta lilijs mũda nos a uitio, & tuo iũge filio. Amẽ. ℣. Ihesus deuotionis. O dulcis amica dei rosa uernans atq; decora. R. Memor esto mei dũ mortis uẽit hora.

¶ Sequuntur orationes de septem gaudijs spiritualibus quæ beata uirgo maria nũc habet in cælis prout p eam reuelatum fuit cuidam deuoto, qui cum alia gaudia corporalia ipsius quæ in hoc mundo habuit deuote quottidie recolleret: sibi dixit ut illa spiritualia deinceps recitaret, in quibus sibi multo amplius complaceret.

GAude uirgo mr̃ Xp̃i, tu quæ sola mœruisti O uirgo dulcissima, esse tante dignitatis ut sis sancte trinitatis, sessione ꝓxima, gaude flore uirginali, quæ honore speciali trãscendis splendifex angelox princi

patum, & ſanctoꝝ decoratum dignitate nu meꝝ. Gaude nexu uoluntatis, & amplexu charitatis iuncta ſic altiſſimo ut ad uotum ꝓſequaris, qđ uis totum ac præcaris, ab ilſ lo dulciſſimo. Gaude ſplẽdens uas uirtutũ: Cuius pendẽs eſt ad nutũ tota cæli curia te benignã & fœlicẽ, ieſu dignã genitricem, uenerans in gl̃ia. Gaude ſpõſa cara dei, nã ut lux clara diei ſolis dat̃ lumine. Sic tu fa cis orbẽ uere: tue pacis reſplendere, lucis plenitudine. Gaude mr̃ miſeroꝝ quia pr̃ ſæ culoꝝ, dabit te colentibus, ꝓgruentem hic mercedem, & fœlicem poli ſedem, regnis in cęleſtibus. Gaude parens uirgo pura, cer ta manens & ſecura, ꝙ hęc tua gaudia, nõ ceſſabunt nec decreſcent ſed durabunt & floreſcen t per æterna ſæcula. Amen.

℣ Aue maria ſemp dicat̃ in fine ciuuſlibet ℣. Specioſa facta es & ſuauis. R. In delitiſs tuis ſancta dei genitrix.

℣ Oratio.

SVpplicationem ſeruoꝝ tuoꝝ deus miſe rator exaudi, ut q ſancte dei genitricis & ℣ginis marie fœlicia gaudia qbus aſſum pta in cælis gaudet cõmemoram': eius iter

cessionibus ab instãtibus piculis eruamur & ad æterna gaudia peruenire mœreamur Per eundem.

¶ Item oratio deuota ad scãm trinitatẽ & beatam mariã uirginem pro peccatoꝝ ue nia & gratia impetranda.

PAter clemens a quo mundus lege firma regitur, a quo certa ratiõe benigne disponit: parce plebi quæ a christo christiana dicitur. Adonay ab inferni defende piculo, quos dilecti sacrauisti filii uocabulo: quos eiusdem redemisti salubri patibulo. Fili dei iesu christe dominator domine: q pro mundi medicina natus es de uirgine: placa patri nos quos tuo redemisti sanguine. Athanatos mediator dei atq; hoium: firma pactũ pacis huius inter nos & dñm: ne priuemur regno dei pro commisso criminum. Qui procedis ab utroq; paraclyte spiritus, cuius ignis inflãmauit fideles diuinitus hoc eodem nras sordes igne crema funditus; hoc eodem nostræ mentis oculos illumina hoc eodẽ sensus nostros scabrosos examina: hoc eodem uniuersa nostra dele crimina. Trinus deus in perso

nis:unus in ſubſtantia : culpas noſtras & reatus plena dele uenia,& ſic mũdos a peccatis reduc ad cæleſtia. Aue uirgo dei mater uera ſpes fidelium : porta cæli & ſtella maris:recti curſus brauium:ſumma legis forma pacis:ſalutis exordium. Aue uirgo aue feta,aue plena gratia. Aue ſpõnſa, aue mater,aue dei filia.qua diuerſa facis unus o omnipotentia,fons ſignatus ſacramenti ſummi cõceptaculum,ſcala iacob, domus dauid,ſalomonis ferculum,a leonis ore ſalua Chriſtianum populum. Theothocos ✠ ga ieſſe.oliua fructifera,templum dei , archa noe columba pacifera ab inferni noscaribdi in æternum libera. Turris in qua pendet omnis armatura fortium, roſa florens ſacra uitis,lilium conuallium medicina peccatoꝝ,uirtutis donarium. Vua dulcis, flos ſuauis , nardus odorifera , uirgo ſemper glorioſa ſublimis puerpera,prębe nobis adoptiuis pietatis ubera. Orientis porta clauſa quam uidit Ezechiel menſa regis ad quã dapes tulit ipſe Gabriel, quarum opem in leonum lacu ſenſit daniel. Tu ſigillum libri uitæ ſolidum in ſæcula

cuius potest solus agnus solvere signacu-
la, in hoc nostra præcum stilo ascribe uo-
cabula. Tunc uirgo sanctitatis luce nos ir-
radia, & sic tua pia præce deo reconcilia ut
post mortem gloriemur in cælesti patria.
Ad omnes potestates uirtutum cælestium,
ad hoc omnes sancti uestrum petimus au-
xilium. Miserere nostri deus in personis tri
nitas, miserere miserere nostri simplex uni
tas, te spūs omnis laudet sempiterna dei-
tas. Amen.

¶ Oratio deuotissima beati Bernardi abba
tis clareuallis quam cum semel diceret an
te imaginem crucefixi ipsa imago de cruce
se inclinans eum amplexata est.

¶ Salutatio ad pedes.

SAlue mundi salutare salue salue Iesu
care cruci tue me aptare uellem uere tu
scis quare, da mihi tui copiā. Ac si præsens
sic accedo, immo te pręsentem credo, o quā
nudum hic te cerno ecce tibi me prosterno
sis facilis ad ueniam. Clauos pedum pla-
gas duras & tam graues impræssuras, cir-
cumplector cum affectu, tuo pauens in as

pectu tuorum memor uulnerum. Grates tante charitati nos agamus uulnerati, o amator peccatorum reparator confractor, o dulcis pater pauper. Quicyd est in me cõfractum, dissipatum aut distractum dulcis iesu totum sana, tu restaura, tu compla na, tam pio medicamine. Te in tua cruce quæro, prout queo corde mero, me sanabis hic ut spero, sana me & sanus ero, in tuo lauans sanguine. Plagas tuas rubicundas, & fixuras tam ꝓfundas, corde meo fac inscribi ut configar totus tibi te modis amans oibus. Quisquis huc ad te accessit, hosq; pedes corde prælit, eger sanus hinc abscessit, hic relinquens quicquid gessit, dans osculum uulneribus. Dulcis iesu pie deus ad te clamo licet reus, præbe mihi te benignũ ne repellas me indignum, de tuis sanctis pedibus. Coram cruce procumbentem, hosq; pedes complectentem. Iesu bone non me spernas, sed de cruce sancta cernas compassionis gratia. In hac cruce stans directe, in te me o mi dilecte, totum ad me te conuerte esto sanus dic aperte, dimitto tibi omnia.

¶ Salutatio ad genua.

SAlue ieſu rex ſanctoꝝ ſpes uotiua pec catoꝝ in hoc ligno tanquam reus, penꝛ dens homo uerus deus, caducis natus ge⸗ nibus. O quam pauꝑ o quam nudus: qua⸗ lis, es in cruce ludus, deriſorum iocus fa⸗ ctus ſponte tamen non coactus, atritis mẽ bris omnibus. Sanguis tuus abundanter fuſus fluit inceſſanter, totu s lotus in cruo re, ſtans in maximo dol ore: præcinctus u⸗ li tegmine. O maieſtas infinita, o egeſtas inaudita, quis pro tanta charitate quærit te in ueritate: dans ſanguinem pro ſanguine Quid ſum tibi reſponſurus, actu uilis cor de durus quid rependam amatori, qui pro me elegit mori. ne dupla morte moriar. Amor tuus amor fortis quem non uincũt iura mortis o quam pie me ſub cura, tua foues impreſſura, ne morſu mortis uulne re: Ecce tuo pro amore, te complector cum rubore me coapto diligenter tu ſcis cãm euidenter, ſed ſuffer & diſſimula. Hoc qd̃ ago non me grauet, ſed me ſanet & me la⸗ uet inquinatum & egrotum. ſanguis hic fluens ꝑ totum, ut non ſuperſit macula. In

hac cruce te cruentum te distentum & cō-
temptum, ut requiram me impelle, & hic
imple meum uelle. Facturus quod deside
ro. Vt te quæram mente pura, sit hæc mea
prima cura nō est labor: nec grauabor sed
sanabor & mundabor, cum te complexus
fuero.

¶ Salutatio ad manus domini.

SAlue iesu pastor bone fatigatus ī ago
ne, q̄ per lignum es distractus, & ad li-
gnum es compactus expansis in eo mani
bus. Manus sancte uos auete: rosis nouis
adimplete hos ad ramos durę iūcte & cru
deli ferro puncte, tot guttis decurrentibus
Ecce fluit circunquaq̄ manu tua de utraq̄
sanguis tuus copiose, rubicūdus instar ro
se, magne salutis præcium. Manus clauis p̄
foratas & cruore purpuratas, cordi p̄emo
præ amore sitibūdo bibēs ore cruoris stil
licidium. O quam large te exponis, prom-
ptos malis atq̄ bonis, trahis p̄igros pios
uocas, & in tuis ulnis locas, paratus gratis
oibus. Ecce tibi me p̄nto, uulnerato & cru
ento, semp egris misereris, de me ergo ne
graueris q̄ præsto es amātibus. In hac cru

ce sit extensus, in te meos trahe sensus, me um posse uelle scire, cruci tue fac seruire, te meis apta brachijs. In tā lata charitate, tra he me in ueritate, pp tuam crucem almam trahe me ad crucis palmam dans finē meis uitijs. Manus sancte uos complector, & ge mendo ꝑdelector, grates ago plagis tantis clauis diris guttis sanctis, dans lachrymas cum oculis. In cruore tuo lotum, me com mēdo tibi totum, tue sancte manus iste me defendāt iesu christe extremis in piculis.

¶ Salutatio ad latus domini.

SAlue iesu summe bonus, ad ꝓcendum nimis pronus mēbra tua macilenta, q̄ acerbe sunt distenta, in ramo crucis torri da. Salue latus saluatoris, in quo latet mel dulcoris, in quo patet uis amoris, de quo scatet fons cruoris, q̄ corda lauat sordida. Ecce tibi appropi quo, p te iesu si delinquo uerecunda q̄dem fronte, tñ ad te ueni spon te, scrutari tua uulnera. Salue mitis aptura de qua uenit uena pura, porta patens & ꝓ funda, super rosam rubicunda, medela salu tifera. Odor tuus super uinum, uirus pels lens serpentinum, potius tuus potus uite,

qui ſitis huc uenite, te dulce uulnus apl. Plaga rubens aperite, fac me tecum cõſentire ſiue in te ꝓſentire, uellé totus introire, pulſanti pãde paupi. Ore meo te ꝓtingo, in te cor meũ intingo, te ardenter ad me ſtringo, te ardẽti corde lingo, me totũ in te traijce. O q̃ dulcis ſapor iſte, q̃ te guſtat ieſu xp̃e tuo uict'a dulcore mori poſſet ꝑ amore te unũ amãs unice. In hac foſſa me recõde, inter meum cor profunde, ubi iacẽs incaleſcat, & in pace cõquieſcat, nec prorſus quenquam timeat. Hora mortis meus flatus, intret Ieſus tuum latus, hic expirans in te uadat, ne hunc leo trux inuadat, ſed apud te permaneat, in ſæculorum ſæcula.

¶ Salutatio ad pectus domini noſtri Ieſu Chriſti.

SAlue ſalus mea Deus Ieſus dulcis amor meus ſalue pectus reuerendum amoris domicilium. Aue thronus trinitatis archa lata charitatis firmamẽtum infirmatis pax & pauſa fatigatis humilium triclinium Ieſu dulcis paſtor pie filí dei & mariæ, largo fonte tui cordis, fœditatem meæ ſordis, benigne Pater dilue. Aue

splendor & figura summa dei genitura de thesauris tuis plenis, desolatis & egenis, minus clementer profiue. Dulce iesu christi pectus tuo fiam dono rectus absolutus a peccatis ardens igne charitatis ut semp te recogitem. Tu abyssus es sophie angelorum armonie te collaudant ex te fixuit. quod Ioannes cubans suxit: fac in te ꝙ inhabitez. Aue fons benignitatis, plenitudo deitatis corporalis in te manet uanitatem in me sanet quod tu confers cõsilium. Aue uerum templum dei præcor miserere mei tu totius archa boni, fac electis me apponi uas diues deus omnium.

¶ Salutatio ad cor domini.

SVmmi regis cor aue te saluto corde leto te complecti me delectat, & hoc meum cor affectat ut ad te loquar aies. Quo amore uincebaris quo dolore torquebaris cum te totum exhaurires, ut te nobis impartires, & nos a morte iã tolleres. O mors illa q̃ amara, quam immitis quam amara: quæ per cellam introiuit in qua uita mundi uiuit, te mordens cor dulcissimum. Propter mortem quam tulisti quando pro me

defeciſti, cor inflammatum & affectum o cor dulce prædilectum hoc eſt quod opto plurimum. Per medullã cordis mei pectoris atq; rei: tuus amor transferatur quo potenter uulneratur quicunq; te complectit. Dilatare aperire tanquam roſa fragans mi te cordi meo te coniunge: ſtilla tui roris unge qui amat te quid patitur. Quid nam agit neſcit ve, nec ſe uolet cohibere nullũ modumdat amori, multa morte uellet mori amore quiſq; uincitur. Viua cordis uoce clamo dulce cor te namque amo: ad cor meum inclinare ut ſe poſſit applicare deuoto tibi pectore. O cor dulce prædilectum munda meum cor illectum, & in uanis indduratum pium fac &, timoratum repulſo retro frigore. Tuo uiuat in amore ne dormitet in corpore ad te oret ad te ploret te adoret te honoret, feruens omni tempore. Roſa cordis aperire cuius odor flagrat mi te te dignare dilatare: fac cor meum anhelare flamma deſiderij. Da cor cordi ſociari: tecum ieſu uulnerari. nam cor cordi ſimilatur ſi cor meum perforatur ſagittis improperij. Infer tuum infra ſinum cor ut ti-

bi sit uicinum ut uix seipsum capiat in do-
lore gaudioso cū deformi specioso se sem
per inueniat. Hic repauset hic moretur ec
ce iam post te mouetur te ardēter uult sen
tire: uult potenter introire noli contra ire:
debes ei consentire: ut bene de te sentiat.

¶ Salutatio uultus domini.

SAlue iesu reuerende, digne semp inq-
rende me pñtem hic attende accedēn-
tem me accende præcordiali gratia. Salue
caput cruentatū totum spinis coronatum:
arundine sic uerberatum facies sputis sic
illita. Salue cuius dulcis uultus immutat
& indutus immutauit suum florem: totus
uersus in pallore quem cæli tremit curia.
Omnis uirgor atq; uiror hinc recessit non
ammitor mors apparet in aspectu totus pē
det in affectu attritus egra macie. Hic aspe
ctu sic despectus pp me sic interfectus pec
catori tā indigno causa amoris inter signo
appare clara facie. In hac tua passione me
agnosce pastor bone cuius sumpsi mel ex
ore haustum lactis cum dulcore præom-
nibus delitijs. Nō me reum asperneris nec
indignum dedigneris morte tibi iam uicis

na caput tuum hic reclina in meis pausa brachijs. Tue sancte passioni me gaudere interponi: in hac cruce tecum mori prasta crucis amatori. sub tua cruce moriar. Morti tue tam amare grates ago iesu care: y es præsens pie deus fac quod petiturus reus ut absq; te non finiar. Dum me mori est necesse noli mihi tunc abesse in tremēda mortis hora ueni iesu absq; mora tuere me & libera. Cum me iubes emigrare: iesu chare tunc appare. O amator amplectende te: metipsum tunc ostēde in cruce salutifera.

¶ Salutatio ad dolores singulorum membrorum christi domini nostri.

SAlue salue iesu pie, fili dei & mariæ: q de patre sine matre: & de matre sine patre: es natus mirabiliter. Aures tue tam benigne omni uere laude digne Angelorum quos concentus totus cælitus conuentus mulcet ineffabiliter. Quanta probra pertulerunt & quam sape audiuerunt hic seductor & peccator hic uorator & potator semper habet dæmonium.
Quis has pœnas enarrare posset omnes

Iesu care mihi sap t tecum flere necme pos sum ꝓtinere attendens hoc flagitium. Hinc latronem seuientem sic iudæum nunc fres mentem, uah qui templum hoc rependit hic de cruce si descendit hunc scimus dei filium. Prophetiza nunc clamare nunc te petrum ter negare crucifige triplicare aue rex te salutare linguas insipientium. Male orum sonus multus iudæorum hinc tu multus hinc mariæ manans uultus hinc creator tanquam stultus ab omnibus des spicitur. Os stillans mellis dulcore pallet totus præ horrore, cæcos uisu qui uestiuit hic uisu frui desinit: quia sputis obruitur. En pes caput leua dextra dolens passim in tus extra: gyro hinc illinc regyro: nil in tã præclaro uiro, nisi dolor conspicitur. Pi gnus æterni ardoris huius causa sum do loris scio iesu ℣ sum reus miserere mei de us hoc corpus dum relinquitur. Amen. ℟. Adoramus te christe & benedicimus ti bi. R. Quia per sanctam crucem tuam res demisti mundum.

℣ Oratio.

DOmine iesu christe rogo te per my ste rium sancte incarnationis tue & amaritudinem

titudinem passionis tuæ: & excellentiam dilectionis tuæ, & pijssimam genitricem tuã & merita & suffragia omnium sanctorum & electorum tuorum miserere mihi peccatori nunc & semper in hora exitus mei, & miserere clementissime deus animabus omnium fidelium defunctorum per multitudinem omnium miserationũ & misericordiarum tuarum. Amen.

¶ Oratio ad beatam uirginem.

O Domina glꝛię, o regina letitiæ. O fons pietatis, o uena misericordiæ, o sanctitatis libertas, o iocũditatis amenitas, o splẽdor cæli, o dulcedo paradisi, o domina Angelorum, o sanctorum lætitia, o uirginum gemma, o fælix & beata, tibi domina mea uirgo maria hodie ego tibi cõmendo totũ corpus & animam meam, & totam uitam meam quinq; sensus corporis mei omnia facta mea, mortem meam, & resurrectionem meam. cum sis benedicta in æternum & ultra cum filio tuo domino nostro Iesu Christo, qui cum patre & sancto flamine uiuit & regnat in sæcula sæculorum. Amẽ.

¶ Alia oro de uirgine beata.

REcordare uirgo christi, qa hic quem dilexisti, ex te pauper nascitur. Recordare quia natus & in fœno reclinatus, carne circunciditur. Recordare Simeonis, per quem tuæ passionis gladius exprimitur. Recordare quia eum ad perdendum tanq̃ reum Herodes persequitur. Recordare cruciatus, quo amissus a te natus, & a Ioseph quęritur. Recordare qa ductus in ægiptum & reductus desertum ingreditur. Recordare quia lassus uiis uentos imbres passus tẽtari pmittitur. Recordare Sunamitis, æstus, pruinæ, famis, sitis, quibus crebro quatitur. Recordare quia plorans, docens, sanans, & laborans, a cunctis despicitur. Recordare qa tœna turba facta cum bis sena traditur & uenditur. Recordare quo mœrore, quo pauore, quo sudore sanguine perfunditur. Recordare quo tumultu, quibus armis, quo insultu nocte comprehenditur. Recordare, quia uinctus tanq̃ latro ferro cinctus a ministris trahitur. Recordare qa pilis eius uulsis tanq̃ uilis a suis relinquit. Recordare qa rursus pculcatus & illusus adorari legitur. Recordare uirgo bona, quali serto, qua coro

na, caput eius cædit. Recordare, ꝙ ieſus ſtās uelatus palmis cæſus, ꝓphetare cogit. Recordare ꝙ exutus, flagellatus, & ꝓſputus, purpura induit. Recordare ꝙ modeſtus, alba ueſte geſtans mœſtus, inhoneſte ſternit. Recordare ꝙ & gratis accuſat' ab ingratis, tandem morti tradit. Recordare ꝙ iuſtus ꝓdēnatur, & iniuſtus Barrabas dimttit. Recordare ꝙ terrę dñator crucem ferre humeris cōſpicit. Recordare ꝙ cruci cum inigs clauo cruci extenſus affigit. Recordare ꝙ uermis ligni tener & inermis, in altum erigit Recordare ꝙ inuictus latro, tanꝯ maledictus ſic pendere cernit. Recordare, ꝙ poris carnis ruptis ui doloris cruor largus fūdit. Recordere quāto zelo cruor ille tāto ue lor oſeus excipit. Recordare ꝙ gratum eor pus eius denudatum ꝑ te mater tegit. Recordare ꝙ gētes blaſphemātes, uah, dicentes ut ꝙd tēplum ſoluit. Recordare quo ſermone icrepatus a latrone, ſors in ueſtē mittit. Recordare ꝙ potu fellis, & aceti bucellis utriſꝙ reficit. Recordare quo feruore heli clamās i dolore ſerelictū q̄rit. Recordare quo tremore terræ tēplum cū clamore, uita

mundi moritur. Recordare quo liuore unda manans cum cruore latus eius foditur. Recordare quo mucrone pro dilecti passione pectus tuum rescinditur. Recordare per quem planctum corpus illud sacrosanctū de cruce deponitur. Recordare quo conductu quāto fletu quanto luctu sepultura redditur. Per has ergo uirgo suas passiones imo tuas nos emunda sordibus. Vt fœlices cicatrices christi seruis dēt radices nostris fixas cordibus. Amen.

¶ Incipit Rosarium beate Mariæ uirginis cum articulis uitæ Christi. Quod quicunq; deuote dixerit, maximas aquiret indulgentias. ¶ Notandum tamen q; in principio debet dici. Credo in deum, postmodū. Pater noster. Aue maria, & ante quālibet clausulam. Aue maria gratia plena dominus tecum benedicta tu in mulieribus & benedictus fructus uentris tui iesus Christus, sine amē, quia quælibet clausula incipit a relatiuo quæ, quem, uel quo, quod refertur ad christum. Et post decem clausulas semper dicantur. Pater noster. Credo in Deum. Aue maria.

SVscipe rosarium uirgo deauratum, Ie su per compēdium uita decorata. Aue maria.

℣Q uæ ergo carēs uitio de flamine concepisti, dum Gabrieli nuncio humillime consensisti. Aue.

℣Q uo impregnata citius cognatam uisitasti, Ioannemq; cælerius in uentre sanctificasti. Aue.

℣Q uem ciuitate bethleem lætādo genuisti, neq; dolorem aliquem gignendo pertulisti. Aue.

℣Q uæ regis Dauid genere, mox natum adorasti, ac uagientem ubere lactasti. Aue.

℣Q uæ pānis fascijs constrictum reclinasti & suis obsequijs te totam mancipasti. Aue.

℣Q uem magno cū tripudio angeli saudarunt, pacemq; cum gaudio in terris cecinerunt. Aue.

℣Q uem pastorem omnium pastores cognouerunt, dum in præsepe dominum iacētem inuenerunt. Aue.

℣Q ui iuxta ritum hominis passus circūcisionem dulcis ieſu nominis cœpit impo

sitionem. Aue.

℣Q ui a tribus Regibus feruenter adoraſ, magniſq; muneribus decenter ueneratur. Dic unum pater &c. & Aue.

℣Q uem die quadrageſima in templo pręſentaſti, ac Moyſi legi ſpontanee ſubiiſti. Aue maria.

℣Q uem Herodem fugiens ægipto adduxiſti, tandem inde rediens ad nazareth ueniſti. Aue.

℣Q uem ad feſta tranſiens dolenter perdidiſti, ſed mox templum adiens gaudēter reperiſti. Aue.

℣Q uem manum per opera ſollicite nutriſti, & in ætate tenera in oībus puidiſti. Aue.

℣Q uem iordanis flumine Ioānes baptizauit, & agnoſcens nomine digito mōſtrauit. Aue maria.

℣Q uem ſathanas aſtutijs tripharie tentauit ſaluator, & uerſutijs prudenter obuiauit. Aue.

℣Q ui tuo pro oraculo aquam in uinū mutat, in quo ſuos miraculo diſcipulos confirmat. Aue.

℣Q ui obſeſſos plurimis dęmonibus ſalua

uit, ac infirmos variis lãguoribus curauit. A.
℣ Qui Lazaꝝ cũ filio uiduæ ſuſcitauit, puellam cũ ꝓdigio ad uitam reuocauit. Aue.
℣ Qui cũ peccatoribus frequẽter mãducauit, hiſq; pœnitẽtibus peccata relaxauit. Dic unum pater noſter, & Aue.
℣ Cuius pedes lachrimis peccatrix irrigauit, dolẽſq; ex intimis ueniã impetrauit. A.
℣ In monte tabor de foris q trãsfiguraſ, & gloriosi corporis maieſtas declaraſ. Aue.
℣ Cũ palmis cæleriter in urbẽ quẽ duxerũt ueſpe, ſed turpiter uacuũ dimiſerũt. Aue.
℣ In cœna q nouiſſima pedes ſuoꝝ lauit eſcaq; nobiliſſima cũ ſanguine cibauit. Aue.
℣ In horto mẽte anxia ꝓlixe q orauit, & aq; præ triſtitia cũ ſanguine ſudauit. Aue.
℣ Quem uiri malefici crudeliter uinxerũt, anneq; põtifici ligatũ adduxerunt. Aue.
℣ Vultũ cuius turpibus ſputis maculabãt, & pugnoꝝ ictibus dire uerberabãt. Aue.
℣ Quẽ Pilati ſedibus dãnandum põtabãt, atq; falſis teſtibus dolose accuſabãt. Aue.
℣ A iudæis exhibitũ Herodes quẽ imiſit, ſed ꝓ deſpectũ habitũ ut fatuũ remiſit. A.
℣ Quem indutum purpura colũnæ alliga-

tum: corona perungit spinea flagellis uer
beratum. Pater noster. Aue.
℣ Quem ꝓfessum uulneribus milites sub
sanarunt: ac crucifige uocibus iudæi con
clamarunt. Aue maria.
℣ Vt reum quē sceleris pilatus ꝓdēnauit,
crucis lignū hūeris ꝓprijs baiulauit. Aue.
℣ Caluarie quem uestibus loco exuerunt
& manus cum pedibus cruci affixerunt.
Aue. maria.
℣ Pro suis tortoribus attēte hic præcatur
dum crucis doloribus extensus tenebatur
Aue.
℣ Qui latroni omnia crimina dimisit, ac
paradisi gaudia illico promisit. Aue mar.
℣ Qui ioanni discipulo te matrem com
mendauit, quem tibi in patibulo in filium
donauit. Aue maria.
℣ Qui serelictum omnibus dum prī que
rulatur: inimicorum uocibus turpiter blas
phematur. Aue maria.
℣ Qui cum exhaustis uiribus, sitio cani
tauit fel & aceto faucibus miles propina
uit. Aue maria.
℣ Qui prophetarum dicta cōsumens pas

ſione primi parentis dedita perſoluit ratio ne. Aue maria.

℣ In manus patris tradidit ſpiritum præ/cioſum alta uoce dum edidit canticum dul coroſum. Pater noſter. Aue maria.

℣ Crucis mortem ſubiens in pace obdor/miuit electos eripiens infernum introiuit. Aue maria.

℣ Satelles latens domini lancea perfora/uit hic aqua iuncta ſanguine abunde ema/nault. Aue maria.

℣ Cui corpus ſanctiſſimum de cruce rece/perunt, & ſepulchrum mundiſſimum eidē aptauerunt. Aue.

℣ Qui uirtute propria a morte reſurrexit teqꝫ a triſtitia diſcipuloqꝫ erexit. Aue.

℣ Super cælorum ſydera aſcendit uirtuó/ſe, atqꝫ in patris dextera reſidet glorioſæ. Aue maria.

℣ Qui penthecoſtes ipſum ſpiritum emi/ſit apoſtolis pro fœnore ante ut promiſit. Aue maria.

℣ Qui te ſuper ethera potenter exaltauſt & in ſua dextera decenter collocauit. Aue.

℣ Propter mūdi ſcelera qui iudex eſt uen/

turus singulos opera strenue discussurus. Aue maria.

¶ Dira qui supplicia est reprobis daturus, sed electis gaudia æterna collaturus. Aue.

¶ Orantibus rosarium aureum tuæ matris iesu christe propitium fac uultum tui patris. Amen.

℣. In omni tribulatione & angustia nostra.

℟. Succurre nobis beatissima mater maria. Amen.

Oremus.

INterueniat pro nobis quæsumus domine iesu christe apud tuam clemẽtiam gloriosissima tua dei genitrix semper uirgo maria, cuius sacratissimam animã in hora passionis & mortis tuæ doloris gladius ptransiuit: Qui uiuis & regnas in unitate &c.

¶ Sequuntur orationes seu contemplationes multum deuotæ cum gratiarum actionibus de omnibus beneficijs a deo humano generi impensis, & specialiter in opere nostræ redemptionis, incarnationis & passionis christi. Et primo ponitur oratio excitatiua humanæ mentis ad laudãdum deum.

DOmine deus meus laudare te desidero quia ad laudãdum te creatũ me agno

sco: aperi os meum in laude tua ut cantem gloriam nomini tuo: excita cor meum in te: repelle omne tædium, infunde gratiam, accende amorem, aufer iniqtatem serui tui, munda me ab omni inquinamento carnis ac spiritus, ut dignus efficiar in tui nominis honorem labia mea aperire: sed tuam abissalem maiestatis dignitatem qs digne laudare poterit; ecce omnes uirtutes cæloꝝ, atqꝫ uniuersæ potestates angelicæ non sufficiunt tuæ celsitudinis magnitudinem condigne laudare, quanto minus homo fragilis putredo & uermis: deficit enim in condigna laude tua omnis creatura; omnis oratio, omnis lingua & sermocinatio. Quid igitur? Cessabo a laude, quia te digne nequeo laudare, aut ideo tacebo & omnino mutus ero, quia immundum & insufficientem me esse cognosco. Absit a me ingratitudo ista, ut cessem laudare te, quē laudare dēret ois creatura. Maxime aūt homo rationalis cui tanta bona contulisti.

¶ Laus sanste trinitatis propter ipsam.

DOmine deus omnipotēs ęternæ ineffabilis sine fine & absqꝫ initio, quē unū

in trinitate, & trinum in unitate cõfitemur. Te laudo, te adoro, te glorifico o beata trinitas: propter hoc q̃ in te ipso es: quia tu es summum bonum de quo manãt omnia bona, tu es fons & origo omnium bonoꝝ: tu fœlix æternitas, tu abyssus totius fœlicitatis: tu solus deus & dominus & non est præter te alius.

¶ De creatione cæli & terre & oĩum quæ in eis sunt.

LAudo & glorifico te o beata trinitas: q̃ cælum & terram solem & lunam & stellas: & omnia quæ in eis sunt tam potenter ex nihilo creasti: tam sapienter discernens proprijs figuris & naturis tam benigne disponens ad utilitatem & consolationem hominis antequam creares eum. Laudo & adoro & glorifico te, q̃ etiam sanctos angelos creasti ad laudandum & fruendũ te æternaliter ut nobis in hoc exilio fideliter assistant consilijs & auxilijs oportunis.

¶ De creatione hominis & lapsu eius miserabili.

LAudo adoro & glrifico te & grãs ago tibi sancta trinitas unus deus: quo ad

declarandum bonitatis tue, ineffabilem bonitatem, omnia propter hominem creasti: hominem tamen propter te proprijs manibus tuis de limo terre plasmasti ad imaginem & similitudinem tuam illum formasti, intellectu & libero arbitrio nobilitasti. Laudo & glorifico te pro maximo illo munere, quo illum in paradiso collocasti delitiis affluentibus, ut haberet summa ad fruendum, inferiora ad regendum, & cũcta simul possideret ad te perpetue collaudandum. Laudo & honorifico te deus piissime p tua excellentissima miseratione ex indicibili misericordia qua homini prauaricanti & omnibus beneficiis tuis ingrato ab irreparabili peperciſti, ipsum pro culpis suis ad agendum pœnitentiam extra paradisi amenitatem emittendo. Q ui licet æterna damnatione p sua trãsgressione dignus extitisset, nec ullam ueniã consequi debuisset, non es tamen usus hac seueritate iustitiæ: sed dulcedine ineffabilis misericordiæ imponendo illi onus digne pœnitentie & post longa tempora oleum exhibendo diu optate indulgentiæ.

¶ De reparatione hominis & promissione aduentus Christi.

LAudo & glorifico te domine deus omnipotens & clemēs tibiq; gratias ago: cuius natura bonitas, cuius uoluntas potentia, cuius opus misericordia est, pro tua immensa clementia qua homiem diabolica malignitate deceptum atq; mortalis ueneni contagio prostratum, non distulisti a multiplicibus & peccatorum sordibus ad uiam pœnitentie & rectitudinis statum reuocare dando illi spem uenie & consolationem recuperande salutis per salutiferi aduentus tui promissionem, & ne forte p ignorantiam homo suam posset excusare malitiam, consuluisti frequentiam eius errori pandendo legem inferendo plagas, apta iudicia exercendo in peccatores multiplicando signa promittendo bona futura ita ut essent inexcusabiles qui se ad cultum tuum & ueritatis iudicium non conuerterent. Nam & quinq; sæculi etatibus per patriarchas iudices, sacerdotes, reges, & prophetas ab abel iusto usq; ad ioannē baptistam precursorem tuum non destitis

sti desiderabilem aduentuu tuum miris signis, ac multiplicibus oraculis prenunciare, promittere, ac præfigurare ut intelligentias nostras tot testibus præcurrentibus, ac tua mysteria nunciantibus ad fidē erigeres & torpentes affectus nostros, peruiua tot patrum antiquorum exempla inflammares.

¶ De redemptione humani generis p̄ uerbi incarnati mysterium.

LAudo & glorifico te domine deus creator & redemptor generis humani tibiq; gratias ago pro tua nimia charitate, qua hoiem mirabiliter creatum mirabilius reformare uoluisti. Cum enim adhuc essemus inimici tui, & mors iniqua in omne genus hūanū iniquū exerceret dñium recordatus es uerbū miserationū tuaꝝ, & p̄ſ texisti de sublimi habitatione gl̄iæ tuæ in hāc uallem plorationis & miserie. Vidisti siqdē afflictionē populi tui magnā sup terrā graue onus filiorꝝ. Adā. Idcirco tactus dulcore charitatis intrinsecus. apposuisti cogitare super nos cogitationes pacis & redemptionis. Nam ubi uenit plenitudo

temporis: ueniſti nos uiſitare oriens ex alto. & deſideria prophetarum per ſuſcepte incarnationis exhibitionem adimpleſti uerus deus & homo apparendo.

¶ De electione glorioſiſſime uirginis Mariæ in matrem domini & mirabili conceptione Chriſti.

LAudo & glorifico te ſaluator noſter ieſu Chriſte pro tua maxima humilitate qua pauperculam uirginem mariam præ omnibus mulieribus dignatus es in matrem eligere, ut in ea complerentur omnia quæ patriarche & prophete prędixerunt. Quiq; eam pauperi fabro uidelicet ioſeph iuſto & ſancto uiro deſponſari feciſti. Benedico te pro tua digniſſima incarnationis tue annunciatione & reuerentia angelica qua beatiſſimam uirginem mariam angelus Gabriel deuotiſſime ſalutauit annuncians ei myſterium, & dei filium ex ea incarnandum. Laudo honorifico te pro magnitudine fidei Mariæ uirginis pro firmo eius aſſenſu & humillima eius reſponſione, ac cunctis uirtutibus illius quas tunc ſpecialiter demonſtrauit, quãdo archangelo euãgelizanti

gelizanti ita obedienter respondit. Ecce ancilla domini fiat mihi secundum uerbum tuum.

De cooperatione omnium trium personarum in diuinis quo ad mysterium incarnationis.

GRatias tibi ago domine deus pr̃ater gnæ propter nimiam charitatem qua dilexisti nos opus manuum tuarum in tantum ꝙ in te nobis subuenire uoluisti, cogitans super nos cogitationes pacis, & unico filio tuo non parcẽdo, ipsum pro seruo redimẽdo in terris misisti. Gratias tibi ago fili dei uiui, qui cum esses uerus deus deo patri sanctoq; spiritui coæternus & cõsubstantialis obediens patri humanam naturã in te assumere dignatus es. Gratias tibi ago domine sancte spiritus, qui nostre redemptionis consilium fuisti, & easdem cogitationes pacis adhuc in corde patris clausas per mariam uirginẽ adimplere disposuisti

De uirtutibus beate mariæ uirginis quibus meruit esse mater domini.

LAudo & glorifico te uirgo uirginum Maria, quæ nec primam similem uisa

es nec habere sequentem quæ prima inter fœminas seruande uirginitatis uotum uouisti, & glorioſum munus deo obtuliſti, cum hoc a nullo homine nec uerbo didiciſſes, nec exemplo ad imitationem inuitata fuiſſes, ac quia uirtute cum cæteris ornata deo placuiſti, & uiuendi exemplum omnibus reliquiſti. Tu uirga ieſſe florida & fructifera de qua unicus ille & ſingularis flos & fructus prodijt unde uirtutum ſpiritualium germen erupit, flos ſuauiſſimū emittens dulcorem flos cuius bonitas expellit meſtitiam, fructus cuius ſatietas plenā dat lætitiam, benedicta uirga de radice ieſſe, benedictus & flos de radice aſcendit. Benedicta arbor benedictus & arboris fructus.

¶ De natiuitate & paupertate Ieſu.

GRatias tibi ago domine ieſu Chriſte æterni patris ſapientia pro tua inattingibilis altitudinis admiranda inclinatione in nrā mortalitatis uile ergaſtulum, & pro tua puriſſima ex maria uirgine conceptione. In cuius utero ſanctiſſimo nouē

mensibus clausus, & in hunc mundum de uirginali thalamo mirabiliter procedens: atq; ab angelis qui canebant gloria in excelsis, laudatus a pastoribus quæsitus, & inuentus pannis inuolutus & in præsepio reclinatus: quia non erat tibi locus in diuersorio: nec cunabula quæ teneritudinem tuam acciperent.

¶ De diuersis incommodis indigentijs infantilibus deq; uagitibus lactatione & nutritione esurientis Iesu.

GRatias tibi ago domine iesu Christe, splendor paternæ gloriæ propter ineffabilem lætitiam tuæ glorioſæ genitricis uirginis mariæ: quam habuit in natiuitate tua & quando te in sinu suo nutriuit, pannis inuoluit in præsepio reclinauit lactauit cibauit balneauit & cunis ligauit: & in uirginali gremio te suum dilectum fasciculum collocauit. Imprimens frequenter oscula sui delicati oris, & qñ uidit te molestias puuli uagiẽtis sustinentẽ, & laxatis fasciculis manus & sancta brachia p cu

narum paruitatem extendentem alludentem arridentem sibi & blandientes oculos ad te retorquentem.

¶ De dolorosa circunciſione innocentis ieſu, & de noua impoſitione dulciſſimi nominis ieſu.

GRtias tibi ago domine ieſu chriſte qui octaua die legalibus parendo mandatis circunciſus es & ſanguinem tuum innocentem pro nobis adhuc infans effudiſti, ac dulciſſimi nominis ieſu uocabulo inſigniri uoluiſti, iuxta cuius interpretationem ab Angelo expoſitam nos populum tuum peculiarem a peccatis noſtris ſanare decreuiſti, ſalutemq; noſtrā deinceps operari non deſtitiſti.

¶ De apparitione ieſu & deuota ſanctorum regum oblatione necnō purificatione beate mariæ & pñtatione pueri ieſu in tēplo.

GRatias tibi ago domine ieſu xp̃e, qui tam deſiderabiliter a magis quæſitus es & ſtella duce tandem inuentus atq; ab eis ualde humiliter adoratus, & ſuis regalibus ac myſticis donis deuotiſſime uenerat⁹. Quiq; legalibus per omnia te ſub

dens istitutis, inter nobiles amplexus piis sime matris tue cum hostiis paupeꝝ tem pli dominus es præsentatus in templum, ac sub fragili nostre carnis substantia te ipsum salutarem hostiam ꝓ nobis deo pa tri obtulisti, & beato seni Simeoni tue diui nitatis archanum ꝑ inhabitãtem spiritum reuelasti.

¶ De ꝑsecutione iesu & fuga eius i ægy ptum & de sanctis innocentibus ab herode occisis.

GRatias ago tibi domine iesu christe, quod tu sapientia patris & uirtus al tissimi omnes infirmitates debilitates & defensiones nostras in te tam assumpsisti, ut mortem & hominem mortalẽ fugeres, de loco ad locum. Quia herodes dolose te quæsiuit & non inuenit, unde & præcepit occidi multos pueros in bethleem a bima tu & infra, ut te posset interficere inter il los. Sed tu spes ꝓgrinoꝝ ingressus es in ægyptum, & ad introitum tuum cæciderũt simulcra ægypti. Ibiq; septem annis mora tus es in exilio & penuriã ac magnã paup tatem pertulisti, quia tui te non receperũt,

sed mox ab ipso exordio te contempserũt Et post mortem herodis reuocatus es ab egypto & in nazareth perductus ibiq; parentibus humiliter subditus fuisti.

¶ De inuentione iesu in templo & de sancta & occulta uita eius.

GRatias ago tibi domine iesu christe: qui duodecim annos nondum impleueras, & in templo sedisti in medio doctorum interrogans & audiens illos plus uero docuisti dum prudenter interrogasti. Et præconia propria in Esaia legisti, & tu filii dei uiui crescere cœpisti, etate & sapientia apud deum & homines, & trigintatribus annis seruiens, propter nostram salutem, & conuersatus es inter homines, pie iuste & mãsuete, humiliter & patienter ut dares nobis exemplum uiuendi. Rogo te piissime iesu super omnes uirtutes in quibus uiam tuam peregisti, ut facias me crescere & proficere in omni spirituali fœlicitate & quotidianis incrementis omnium uirtutum ad laudem & gloriam nominis tui. Qui cum deo patre & spiritu sancto

uluis & regnas deus. Per dominum.

¶ De baptismo iesu & eius iesunio in deserto.

GRatias tibi ago domine iesu Christe qui in sancto baptismate tuo quod accepisti in iordanis flumine cōsecrasti & sacrificasti fontem nostri baptismatis & ibi sancto ioanni tuā glorioſam trinitatem ostendisti, & post baptismum ductus in desertum, ibiq; in magna abstinentia & acerbitate fame & siti frigore & estu laborasti: uentis & hymbribus angustijs & ceteris infirmitatibus hominum subditus & multas noctes in orationibus & lachrymis pernoctasti: & qui cibus Angelorum & hominum fuisti cum ieiunasses quadraginta diebus & quadraginta noctibus, postea esuristi & sitisti. tentationes illusoris spiritus equanimiter pertulisti. O bone iesu rogo te per omnes sanctas & deuotas orones quas effudisti in illis xl̄draginta diebus & noctibus quas semper pro nobis effundisti in ꝓspectu dei pris, & ꝓ oēs scās & ꝓfectas cogitationes & ꝟba & opa tua

ſancta & perfecta, fac me ſanctum & perfectum in omnibus cogitationibus, uerbis, & operibus meis, ad laudem & gloriam nominis tui. Qui cum deo patre & ſpiritu ſancto uiuis & regnas deus, per omnia ſæcula ſæculorum. Amen.

¶ De prædicatione & ſalutari doctrina domini Ieſu, deq; glorioſis eius ſignis, exemplis, & bonis moribus, uariiſq; tribulationibus in hoc mundo.

GRatias tibi ago domine ieſu chriſte, propter hoc tempus quod a die ſancti baptiſmi tui uſq; in diem glorioſæ mortis peregiſti, quia in hoc tempore congregaſti conuentum diſcipulorum, & ex omnibus elegiſti tibi duodecim apoſtolos ut ſubiiceres tibi per eos ſuperba & alta iſtius mundi, & in illis diebus ſinum tuæ clementiæ & miſericordiæ expandiſti omnibus reuertentibus ad te, & remiſſionem peccatorum & introitum regni cælorum palam omnibus prædicaſti, perambulans ciuitates & caſtella, & ſæpe fatigatus ex itinere & frigore & a ſolis feruore, & in omnibus his perpeſſus es multas perſecutiones & contume

Ilas a populo quem elegisti in hereditatē, & a progenie natus fuisti, quia erant tibi contradictores in uerbis, obseruatores in factis, insidiantes tibi diebus ac noctibus, & quotidie sitientes mortem tuam, & resistentes tibi, & dehonestantes te uerbis & operibus & blasphemantes te, & dicētes, non est hic homo a deo, peccator est, dęmonium habet, insanit, in Beelzebub principe dæmoniorum eiicit dæmonia, seducit turbas, uorax est, potator uini, amicus publicanorum: hæc & his similia dixerunt tei blasphemantes, & sæpe laudibus impetentes, & hæc omnia patienter pertulisti, factus coram eis sicut homo non audiens, & non habens in ore suo redargutiones: & quia duri cordis erant homines, & tardi ad credendum, sermonem tuum confirmasti sequentibus signis, in nuptiis aquam in uinum mutasti, de quinq; panibus & duobus piscibus quinq; millia hominum satiasti, & supra mare ambulasti, & in monte coram discipulis tuis, Petro, Iacobo, & Ioanne te transfiguraſti, cæcos illuminasti, surdos audire, mutos loqui, & claudos am

bulare feciſti. Lunaticos ſanaſti poſſeſſos a dæmone liberaſti mortuos reſuſcitaſti leprosos mūdaſti, paraclyticos & aridos curaſti, mulierē in adulterio deprehenſam a damnatione mortis liberaſti. Mariam magdalenam a peccatis ſuis mundaſti, mulierem a fluxu ſanguinis ſanaſti, mulierem pro filia rogantem lætificaſti, mulierem decem & octo annis incuruatam erexiſti fatigatus ex itinere laſſus ſuper fontem ſediſti & mulieri tecum colloquēti cognitionem tui & ſuiipſius dediſti. Cor mulieris in p̄dicatione tua gratia intantum inebriaſti, ut in medio populi clamaret & diceret, beatus uenter qui te portauit & ubera quæ ſuxiſti. Gratias tibi ago domine ieſu chriſte propter hoc & propter omnia ſigna & p̄digia & opera tuæ pietatis & miſericordiæ quæ ſemper feciſti, & propter illam ſingularem pietatem & dilectionem quam dilectrici tue ueronice oſtendiſti, & ei imaginem tuam relinquere uoluiſti.

¶ De reſuſcitatione & humili ingreſſu in ciuitatem hieruſalem in die palmarum & de eiectione uendētiū & emētiū de tēplo.

GRatias tibi ago domine ieſu Chriſte propter illas ſanctiſſimas lachrymas quas fleuiſti ad monumentum Lazari, & ſuper ciuitatem hieruſalem & per omnes lachrymas quas tu pie lachrymatus es, & propter humilem & manſuetum introi tum in ciuitatem hieruſalem, quando ſe/dens ſuper aſinam ante quinq; dies paſce ueniſti inſtar agni paſchalis ſexto die im; molandus pro noſtris peccatis, qñ plebs hebrea obuia uenit tibi cum floribus & palmis clamantes & dicentes. Benedictus qui uenit in noie domini. Sed cum introiſ; ſes in templum & uidiſſes ibi tumultus & negociatores ementium & uendentium fa cto flagello de funiculis eieciſti omnes fo/ras & dixiſti. Nolite domum patris mei fa cere domum negociationis. Et ibi curabas multos infirmos qui offerebantur tibi. Et in die magno feſtiuitatis ſtabas in templo & clamabas uoce magna dicēs. Si qs ſitit ueniat ad me & bibat, & de uētre ei' fluent aq̄ uiue. Et cū hæc oia ageres & diceres nō crediderūt tibi ſ; fuerūt reſiſtētes i oib' Tu ō pijſſime ieſu, ſub cuius ptāte cūcta sūt

posita, & sub cuius ira cõtremiscit omnis creatura. Non resistebas eis cum potestate, sed cum tanta humilitate subdidisti te humanæ fragilitati, ut non auderes ambulare in aperto præ timore inimicorum tuorũ. O bone iesu sic doce me uoluntatem meã subdere tue diuine uoluntati, nihil sit inter me & te nisi una uoluntas.

¶ De cõsilio iudæorũ aduersus christum, & de eius uenditione deq; eius cœna nouissima ablutione pedum & sacramenti eucharistie institutione.

LAudo & glorifico te domine iesu Xpe propter malignum consilium qđ collegerunt pontifices & pharisæi contra te sapientiam patris quomodo te æternã libertatem domninum nostrum dolo tenerent & occiderent, dicentes apud se nõ recte cogitantes. Circumueniamus iustum, quoniam contrarius est operibus nostris. Morte turpissima condemnemus eum, & auferamus memoriam illius de terra, & properabant ad deuorandum te, appendentes mercedem tuam triginta argenteis. Sed tu nobilis thesaurus bonorum omnium sequẽ

te die ad uesperam ueniſti cum diſcipulis tuis in cænaculum, ubi parauerunt tibi paſcha, & dixiſti. Deſiderio deſideraui hoc paſcha manducare uobiſcum anteq̃ patiar. Et poſtquam carnem agni paſchalis cum diſcipulis tuis manducaſti. Surrexiſti a cæna & poſuiſti ueſtimenta tua & humiliter te inclinaſti ad pedes diſcipulorum tuorum lauans eis pedes & extergens lintheo. Et poſtea reſumens ueſtimenta tua iterum recubuiſti & dixiſti. Scitis quid fecerim uobis. Eſto magiſter & dominus exemplum dedi uobis ut & uos ita faciatis. Et inter cætera uerba quæ dixiſti turbatus es ſpiritu & proteſtatus dixiſti. Amen dico uobis, quia unus ex uobis me tradet. Et illi turbati & heſitantes quis eorum eſſet. Ceperunt ſinguli excuſare. Cænantibus autem illis accepiſti panem & fregiſti, & dediſti diſcipulis tuis dicēs. Comedite ex hoc omnes Hoc eſt enim corpus meum quod pro uobis tradetur. Similiter & calicem dicens. Bibite ex hoc omnes. Hic eſt calix noui teſtamenti hoc facite in meam commemorationem, & inter hæc diſcumbens erat in

sinu tuo discipulus illeque diligebas. Et hausit de sinu tuo quod hauseras de sinu patris tui.

¶ De sermone domini iesu habito cum discipulis suis post cænam.

GRatias tibi ago domine iesu Christe propter amabilem & fidelem sermonem quem cum discipulis tuis habuisti, cum eis hæreditatem regni tui participasti & eos tua paterna doctrina docuisti dicés. Mandatum nouum do uobis: ut diligatis inuicem sicut dilexi uos. Et qui diligit me sermonem meum seruabit, & ego diligam eum: & manifestebo ei meipsum. Et ego & pater meus ueniemus ad eum & mansionem apud eum faciemus. Et iterum dixisti. Qui manet in me & ego in eo, hic fert fructum multum: quia sine me nihil potestis facere. Et ostendens eis fructum mandatorum tuorum iterum dixisti. Iam non dicam uos seruos sed amicos, quia oia quæcunq; audiui a patre meo, nota feci uobis. Et uos iam mundi estis propter sermonem quem locutus sum uobis & docuisti eos orare dicens. Petite & accipietis: ut

gaudium ueſtrum plenum ſit: & quic/quid petieritis patrem in nomine meo da bit uobis. Et uidens eos conturbatos, beni gne conſolatus es dicens. Expedit uobis ut ego uadam. Non turbetur cor ueſtrum neq; formidet. Iterum ueniam ad uos & gaudebit cor ueſtrum, & gaudium ue/ſtrum a uobis unquam nemo tollet &c. Vado parare uobis locū & itez ueniam & aſſumā uos ad meipſum, ut ubi ſum ego & uos ſitis. Et pacē tuam illis tribuiſti & reliquiſti. O bone ieſu inclina te in aiam meam & ſermocinare mecum in ſecreto animæ meæ, quaſi amicus ad amicum, ut de ſermonibus tuis ꝑcipiam ueram mun/diciam mentis & corporis. Amen.

¶ De oratione Ieſu pro diſcipulis ac de egreſſu eius in montem oliueti, deq; pauo re eius & triſtitia & trina oratione ad pa trem ac ſudore ſanguineo.

GRatias tibi ago domine Ieſu Chriſte, Iq; poſt hæc ſubleuatis oculis in cæ/lum dixiſti. Pater uenit hora clarifica fi lium tuum, ut filius tuus clarificet te. Et ſic orans ad patrem commendaſti

& etiam discipulos tuos, & omnes qui p eos crediturí erant. Et dixisti. Pater sancte serua eos in nomine tuo quos dedisti mihi ut sint unum sicut & nos unū sumus. Cū essem cum eis ego seruabam eos in nomine tuo, nunc autem ad te uenio, non rogo ut tollas eos de mundo, sed ut serues eos a malo. Et his completis egressus es Iesu bone & ibas secundum ꝓsuetudinem in mōtem oliueti, & secuti sunt te discipuli tui, & cepisti contristari, tedere, & pauere & mestus esse. Et assumpto petro & iacobo & Ioanne, dixisti eis. Tristis est anima mea usq; ad mortem. Sustinete hic & uigilate ut non intretis in tentationem. Spiritus q̄dem promptus est, caro autem infirma. Et ꝓgressus pusillum positis genibus in terram, procidens in faciem orans dixisti. Mi pater si possibile est trāseat a me calix iste. Non tamen quod humano affectu loquor, sed magis q̄ tecum dispositi in diuinitate fiat. Et usq; tertio ibas repetens eundē sermonem, cum factus in agonia prolixius orabas, & factus est sudor tuus sicut gutte sanguinis decurrētis in terram. Sed statim

ab angelo confortatus, quia unicus filius a patre desolatus, & sic confortatus uoluntarie ibas In locum quem sciebas cognitū esse traditori tuo. ꝓpter hanc deuotam orationem tuam, & ꝑ trinam exercitationem tuam, qua pie hortasti discipulos tuos ut uigilarent & orarent, & per magnam angustiam quam tunc habuisti succurre mihi in agonia exitus mei, & cōcede mihi bonum & pulcherrimum finem. Amen.

¶ De spontaneo transitu iesu ad passionem ipsiusq; traditionem per iudam traditorem & de sanatione serui cui abscidit petrus auriculam.

LAudo & glorifico te Domine iesu christe propter magnam angustiā qua cor tuum in hac nocte preocupatum erat, quādo iudas traditor tuus ad te uenit, & q cum eo missi erant a principibus & senioribus sacerdotum querentes te cum gladijs & fustibus & laternis. Sed tu uoluntarie processisti eis obuiam dicēs. Quem queritis? Respōdentibus illis. Iesum nazarenum, dixisti. Ego sum. Illi hoc audientes & splendorem diuini luminis qui radiabat de ocu

lis tuis ferre non ualentes abierunt retrorsum & ceciderunt in terram. Sed tu immensa pietas perstitisti iterum eis dicens. Quē queritis? At illi: Iesum Nazarenum. Respondisti mansuetissime: dixi uobis: quia ego sum. Si ergo me queritis: sinite hos abire. Tūc iudas unus ex duodecim electis tuis confestim accedens ait Aue rabbi. Et osculatus est te. Et ipso osculo tradidit te in mortem. Repleuit & inebriauit te amaritudine: sed tu auctor pacis & amator non dedignatus es os tuum in quo dolus non uenit apponere ori pleno dolo & fallacia patienter & humiliter suscipiens osculum pacis: quod sciebas eum in corde non habere. Et ueteris amicicie ammonuisti eum dicens. Amice ad quid ueniſti? Et inter hec unus ex tuis percussit pontificis seruum: & abscidit auriculam eius dexteram. Cui dixisti. Mitte gladium tuum in uaginam: & tangens auriculam eius sanabas eum.

¶ De derelictione Iesu in manu hostili & fuga discipulorum: deq; dira comprehensione, alligatione & deductione eius ad Annam sacerdotem & Caypham, & de percus

sione & conspuitione eius.

GRatias tibi ago domine Iesu Christe propter magnam pietatem tuam qua tuos abire fecisti, quia tunc fugierunt omnes amici tui relinquentes te solum. Et iudas aduersarius tuus sicut in silua dedit rugitum contra te dicens. Congregamini & properate ad deuorandum illum. Et illi statim uiolenter iniecerunt sceleratas manus suas, ligantes innoxias manus tibi, qua uenisti disrumpere iugum captiuitatis nostre. Sed tu ualde, humiliter ad turbas dixisti. Quasi ad latronem existis cum gladijs & fustibus comprehendere me. Illi uero ualde indisciplinate te agnum mansuetissimum ad instar latronis trahebant secum te captiuum & uinctum quasi sceleratum. Et sic primum presentabant te ante Annam, ubi tu sapientissimus interrogatus es de doctrina tua. & de discipulis tuis, quasi esses insipientissimus. Respondisti, Ego palam locutus sum. Interroga eos qui audierunt. Et tu domine unius uersorum ualde acriter percussus es ab uno

astante, qui dedit tibi alapam dicens, sic re spondes pontifici: & tu ualde humiliter re spondisti, si male loquutus sum, perhibe te stimonium de malo, si autem bene quid me cædis: tunc misit te Annas ligatum ad Cay pham, ante quem stare faciebant te domi num celoꝝ, cui millia millium angeloꝝ as sistunt semp in cælo aspicientes & laudan tes te, & ibi quęrebāt & dicebant aduersum te multa falsa testimonia qui es summa ue ritas, & tu nihil dixisti: sed omnia equani miter ptulisti, & in magna patientia & cha ritate stetisti: deus ante homines, creator an te creaturam: & interrogatus, & adiuratus humiliter confessus es te filium dei esse: illi uero dixerunt te blasphemiam dixisse, & re um esse mortis, & palmis percutiebant tein faciem tuam, & ministri alapis & colaphis collum tuum uenerabile cedebant & tra ctabant te scām suam uoluntatem non so lum contēnentes te dei filium, sed etiamoī no in te obliti totius humanę compassionis & ceperūt conspuere in faciem tuam ama bilem, in quam desiderant angeli ꝓspicere, & te speciosum forma præ filijs hoiium fœ

dabant ingnationibus ſputoꝝ, & in deriſio
nem uelabāt lucidiſſimos oculos tuos, qui
illuminant cælum & terram, & putiebant
te ualde illuſiue, dicentes, pphetiza nobis,
qs eſt q te pcuſſit, & alijs multis te blaſphe
mantes: ſed tu candor lucis æternæ nō auer
tiſti faciem tuam ab increpantibus & ſpu
entibus in te: o uultus amabilis nazareni
floris, qui Mariæ toties delicati oris ſuſcepi
ſti oſcula, plenus es mœroris, quos p ſputa
contrahis maculas horroris, te uelant, te la
cerant manus inimicoꝝ: ad uidēdum durus
es oculis eoꝝ, qbus lumen ueneras prębere
ſanctoꝝ: o margarita & ſplendor angeloꝝ
in oībus his tribulationibus & anguſtijs
tuis pie reſpexiſti Petrum te negatem, qui
reuerſus in ſe fleuit amare: tunc inſurrexe
runt in te uiri inię, abſq; miſericordia quæ
fierūt te interficere, & nō pepcerunt te in fa
ciem tuam pcutere, & ibi tota nocte iniurijs
& ptumelijs & puitijs te uexabant. o bone
ieſu per hanc magnam ptumeliam, & per
oēs occultas & manifeſtas paſſiones, quas
tu pertuliſti corde uel corpore: te deprecor
ſuppliciter ut non permittas me confundi

uel per turbari de occultis & publicis pec catis meis, nec i presenti nec in futuro. Amē

¶ De presentatione uincti Iesu coram Pila to, & derisione eius ab herode & exercitu eius, deq; improbo clamore iudeorum. Crucifige eum & de expoliatione & flagel latione eius.

DOmine Iesu Christe fili dei uiui, laudo & glorifico te quod mane facto conue nerunt principes & seniores sacerdotum, & consilium fecerunt quomodo ignominiosa morte perderdnt te, & ducentes te in consi: lium suum interrogabant te dicentes. Si tu es Christus dic uobis pa'am Respondisti. Si uobis dixero non creditis. Si autem inter rogauero non respōdebitis mihi neque di: mittetis. Ex hoc autem erit filius hominis sedens a dextris dei. Clamauerūt omnes, tu ergo filius dei es. Respondisti. Vos dicitis quia ego sum. At illi. Quid adhuc desidera mus testimonia, ipsi enim audiuimus ab ore eius. Et exurgens omnis multitudo eo rum uinctum te ducebant & presentabant ante iudicium pilati & ibi accusabant te di centes. Subuersorem & seductorem esse gē

tis sue, & prohibentem te tributa dari cesa
ri, & dicere te Christum regem esse, & com
mouisse populum docens per uniuersam
iudeam incipiens a galilea usque huc. His
auditis Pilatus misit te ad herodem, & tu il
luc ualde humiliter & patienter cucurristi,
quasi gigas uiam nostre salutis. Illi uero
cum presentarent ante herodem te regem
regum spernendum illudendum diuersis
conuitijs, astabant constanter accusantes
te creatura creatorem homines deum, im
pijiustum. Et ipse herodes interrogabat te
in multis sermonibus sperans aliquod si
gnum a te fieri. Sed tu iesu bone nullum re
sponsum dedisti, & nullum signum osten
dere uoluisti nisi signum humilitatis & pa
tientie tue. Illi autem subsanabant tue diui
ne prouidentie putantes patientiam & hu
militatem tuam, fatuitatem & ignorantiam
esse. Ideo spreuit te herodes cum omni exer
citu suo & illudẽtes ueste alba induerũt te
in signum fatuitatis & ignauie. Et sic inho
neste & irreuerenter remisit te herodes
ad Pilatum aliena ueste indutum, et illu
sionibus fatigatum. Et ipso die causa

tui amici facti sunt Herodes & Pilatus: o ie su unica spes mea, a puersis ad puersos cir cu nductus, & illusionibus & pcussionibus in uia fatigatus, adducũt te in prætorium ad Pilatum, & ipsi non introierunt: ille ꝑo exiuit ad eos, & dixit, quam accusationem affertis aduersus hoiem hunc: clamauerũt oẽs, si non esset hic malefactor non tradidis semus eum tibi: tũc Pilatus itez prætorium ingressus aduocauit te ad se, & dixit, tu es rex iudæoꝝ, respõdisti, a temetipso hoc di cis, an alij dixerũt tibi de me: & respõdit Pi latus, gens tua & pontifices tui tradiderũt te mihi, qd feciſti, ergo rex es tu, humiliter respondisti, tu dicis, qa rex sum ego, ego in hoc natus sum, & ad hoc ueni in mũdum ut testimoniũm perhibeam ueritati, & oĩs qui ex ueritate est audit uocem meam: & Pi latus itez exiuit ad iudæos, & dixit, ego nul lam inuenio in eo causam, corripiam eum, & dimittam, est enim consuetudo ut unum dimittam uobis in pascha, uultis dimittam uobis regem iudæoꝝ, an Barrabam: respon derũt, non hunc sed Barrabam: tunc appre hendit te Pilatus, & fecit te exui, & nudum

in conſpectu irriſoꝝ juſſit aſtare, & ſic acri
ter flagellari, ut per ſacrum corpus tuum
undiq; effluereꝫ nobiliſſimus ſanguis, qui
confectus fuit ex flore humanitatis, & adi-
pe diuinitatis, tunc circundederunt te ui-
ri mendaces, & ſine cauſa flagellis ſuis ce
ciderunt te, & non ꝑpercerunt uultum tu
um dulciſſimum ꝑſpuere, & tenerrimum
corpus tuum amariſſimis uerberibus diuel
lere, addentes plagas plagis, liuores liuori
bus, & uulnera uulneribus, ut nil remane
ret inulceratum & illæſum a uertice ſanctiſ
ſimi capitis uſq; ad plantam pedis, & hæc
omnia patienter pertuliſti, ſuſcipiens in te
omnem iram patris tui, quam nos miſerri
mi meruimus pro peccatis noſtris. o bone
ieſu per hanc tuam magnam acerbitatem
flagellorum qua dilacerata ſunt dulciſſima
& tenera membra ſpecioſiſſimi corporis
tui, & per nimium dolorem qui tam acri
ter pertranſiuit omnia uiſcera tua quando
de horribili columna ablatus es, & ueſti-
bus tuis reindutus, & per omnes terrores,
liuores, & maculas, & cicatrices & uulnera
quæ de amaritudine flagellorum ſuſcepiſ

tum delicatum & uirgineum corpus, q̃ tam ſæpe aſtrictū fuerat caſtis amplexibus tuirginis mariæ. Obſecro te ut melliflua beate paſſionis tue memoria cordis mei cogitationes indeſinenter afficias. Et tuo roſeo cruore penetralia mentis meæ iugiter aſpergas ad laudem & gloriam nominis tui. Amen.

¶ De expoliatione, iffuſione, coronatione & percuſſione capitis Ieſu.

GRatias tibi ago domine ieſu chriſte, q̃ hora diei tertia introductus es in prætorium a militibus qui exuerunt te coram omni cohorte ueſtimentis tuis & clamyde coccinea circundederunt te regem gloriæ, qui ab æterno circundatus es gloria & honore. Et plectentes coronam de ſpinis poſuerunt ſuper caput tuum, & imprimẽtes eam capiti tui uſq; ad cerebri teneritudinẽ. Et tuum diuinum caput multiplici ſpinarum denſitate ita cõfixerunt ut ſanguis undiq; effflueret ſuper faciem tuam, & arundinem dabant tibi in dexteram tuam pro ſceptro regali, qui es rex regum & dominus dominantium. Et genu flexo ante te

illudebant dicentes. Aue rex iudæorum & dabāt tibi alapas, q̄ es dominus uirtutum cui luna sol & sydera & omnis ordo cæli cus deseruit, & spuerūt in faciem tuā amabilem, cuius pulchritudinē sol & luna miranturt, et acceperunt arundinem de dextera tua & percusserūt caput tuum. O bone iesu per hanc coronam spineam que multis pūcturis speciosum uerticem tuum diuulnerauit, & per miserabilem faciem tuā quam tunc habuisti turgidam ex percussionibus & lachrymis, & liuidam plagis, & suffusam sanguine, et fœdatam spatis cōcede animæ meæ tam amabilem faciem ut clari oculi tui delectentur eam uidere.

De iniusta ꝑdemnatione iesu ad mortē.

GRatias tibi ago Domine iesu Christe propter sancta et deuota uestigia quibus ibas de prætorio portans spinam coronam et purpureum uestimentum, nō clarens imperio sed plenus opprobris, et dixit pilatus. Ecce homo quasi diceret. Si regem inuidetis iam parcite, quia deiectum uidetis, et illi intuētes te terribilibus oculis horribiliter clamabant dicentes

Crucifige crucifige eum. Et dixit pilatus, ego non inuenio causam mortis in eo. Accipite eum uos & crucifigite. Clamauerũt omnes. Nos legem habemus, & secundum legem debet mori, quia filium dei se fecit. Tunc pilatus introiuit in prætorium & aduocauit te ad se & dixi. Vnde es tu? Et tu sapientia quæ ex ore altissimi prodisti, nõ dedisti responsum, sed tam mansuetus fuisti in omnibus iniurijs tuis ut miraretur ipse iudex iniquitatis. Et cum tibi diceret potestatem se habere crucifigere & dimittere te, humiliter respondisti, non haberes potestatem in me nisi desuper tibi datum fuisset. Tunc exiuit pilatus & sedit pro tribunali, dixitq; iudæis. Ecce rex uester. Illi autem clamabant dicentes. Tolle tolle crucifige eum. Et dixit pilatus. Regem uestrum crucifigam. Illi autem negauerunt & abdicauerunt te regem suum esse dicentes. Nõ habemus regem nisi cæsarem. Ego autem ꝓfiteor te hodie deum & dominum meum esse. Et plane gaudeo quod in te habemus aduocatum & pontificem scientem compati infirmitatibus nostris, & peto te ut prosi

fitearis me hodie ante faciem patris tui & dicas animæ meę salus tua ego sum. O amicum solatium meum. Iterum horribiliter clamat populis super te ad iudicem dicens Si hunc dimittis, non es amicus cæsaris. Tunc pilatus sciens ꝙ per inuidiam tradidissent te, sed tamen uolens populo satisfacere, lauit manus coram populo & dixit. Innocens ego sum a sanguine iusti huius uos uideritis, & clamauit omnis populus, & dixit. Sanguis eius super nos & super filios nostros. Tunc dimisit illis barrabam & te innocētem filium dei tradidit in mortem. O bone iesu per hanc terribilem sententiam damnationis tue & per magnā patientiam & humilitatem tuam & mansuetudinem quam ostendisti nobis in omnibus tribulationibus & angustijs quas p tulisti ingrediens & egrediens, & de iudice ad iudicem ueniens fac me humilem & pacificum in omnibus opibus meis. Amē.

¶ De baiulatione crucis ad locum caluarie & crucifixione. Iesu.

GRatias tibi ago domine iesu christe q hora diei sexta exutus es purpura &

astante, qui dedit tibi alapam dicens, sic re spondes pontifici: & tu ualde humiliter re spondisti, si male loquutus sum, perhibe te stimonium de malo, si autem bene quid me cædis: tunc misit te Annas ligatum ad Cay pham, ante quem stare faciebant te domi num celoꝝ, cui millia millium angeloꝝ as sistunt semp in cælo aspicientes & laudan tes te, & ibi quęrebāt & dicebant aduersum te multa falsa testimonia qui es summa ue ritas, & tu nihil dixisti: sed omnia equani miter ptulisti, & in magna patientia & cha ritate stetisti: deus ante homines, creator an te creaturam: & interrogatus, & adiuratus humiliter confessus es te filium dei esse: illi uero dixerunt te blasphemiam dixisse, & re um esse mortis, & palmis percutiebant tein faciem tuam, & ministri alapis & colaphis collum tuum uenerabile cedebant & tra ctabant te scām suam uoluntatem non so lum contēnentes te dei filium, sed etiamoī no in te obliti totius humanę compassionis & ceperūt conspuere in faciem tuam ama bilem, in quam desiderant angeli ꝓspicere, & te speciosum forma præ filijs hoium fo

dabant ingnationibus ſputoꝝ, & in deriſio
nem uelabāt lucidiſſimos oculos tuos, qui
illuminant cælum & terram, & ꝓcutiebant
te ualde illuſiue, dicentes, ꝓphetiza nobis,
ꝙs eſt ꝙ te ꝓcuſſit, & aliis multis te blaſphe
mantes: ſed tu candor lucis æternæ nō auer
tiſti faciem tuam ab increpantibus & ꝓſpu
entibus in te: o uultus amabilis nazareni
floris, qui Mariæ toties delicati oris ſuſcepi
ſti oſcula, plenus es mœroris, quos ꝑ ſputa
contrahis maculas horroris, te uelant, te la
cerant manus inimicoꝝ: ad uidēdum durus
es oculis eoꝝ, ꝙbus lumen ueneras prębere
ſanctoꝝ: o margarita & ſplendor angeloꝝ
in oībus his tribulationibus & anguſtijs
tuis pie reſpexiſti Petrum te negatem, qui
reuerſus in ſe fleuit amare: tunc inſurrexe
runt in te uiri iniq, abſq; miſericordia quæ
ſierūt te interficere, & nō pepcerunt te in fa
ciem tuam ꝓcutere, & ibi tota nocte iniurijs
& ꝓtumelijs & ꝓuitijs te uexabant. o bone
ieſu per hanc magnam ꝓtumeliam, & per
oēs occultas & manifeſtas paſſiones, quas
tu pertuliſti corde uel corpore: te deprecor
ſuppliciter ut non permittas me confundi

uel per turbari de occultis & publicis pec catis meis, nec i presenti nec in futuro. Amē

¶ De presentatione uincti Iesu coram Pila to, & derisione eius ab herode & exercitu eius, deq; improbo clamore iudeorum. Crucifige eum & de expoliatione & flagel latione eius.

DOmine Iesu Christe fili dei uiui, laudo & glorifico te quod mane facto conue nerunt principes & seniores sacerdotum, & consiliuim fecerunt quomodo ignominiosa morte perderdnt te, & ducentes te in consi: lium suum interrogabant te dicentes. Si tu es Christus dic uobis pa'am Respondisti. Si uobis dixero non creditis. Si autem inter rogauero non respōdebitis mihi neque di: mittetis. Ex hoc autem erit filius hominis sedens a dextris dei. Clamauerūt omnes, tu ergo filius dei es. Respondisti. Vos dicitis quia ego sum. At illi. Quid adhuc desidera mus testimonia, ipsi enim audiuimus ab ore eius. Et exurgens omnis multitudo eo rum uinctum te ducebant & presentabant ante iudicium pilati & ibi accusabant te di centes. Subuersorem & seductorem esse gē

tis sue, & prohibentem te tributa dari cesa
ri, & dicere te Christum regem esse, & com
mouisse populum docens per uniuersam
iudeam incipiens a galilea usque huc. His
auditis Pilatus misit te ad herodem, & tu il
luc ualde humiliter & patienter cucurristi,
quasi gigas uiam nostre salutis. Illi uero
cum presentarent ante herodem te regem
regum spernendum illudendum diuersis
conuitijs, astabant constanter accusantes
te creatura creatorem homines deum, im
pij iustum. Et ipse herodes interrogabat te
in multis sermonibus sperans aliquod si
gnum a te fieri. Sed tu iesu bone nullum re
sponsum dedisti, & nullum signum osten
dere uoluisti nisi signum humilitatis & pa
tientie tue. Illi autem subsanabant tue diui
ne prouidentie putantes patientiam & hu
militatem tuam, fatuitatem & ignorantiam
esse. Ideo spreuit te herodes cum omni exer
citu suo & illudẽtes ueste alba induerũt te
in signum fatuitatis & ignauie. Et sic inho
neste & irreuerenter remisit te herodes
ad Pilatum aliena ueste indutum, et illu
sionibus fatigatum. Et ipso die causa

tui amici facti sunt Herodes & Pilatus: o ie su unica spes mea, a puersis ad puersos circu nductus, & illusionibus & pcussionibus in uia fatigatus, adducũt te in prætorium ad Pilatum, & ipsi non introierunt: ille ꝑo exiuit ad eos, & dixit, quam accusationem affertis aduersus hoiem hunc: clamauerũt oẽs, si non esset hic malefactor non tradidissemus eum tibi: tũc Pilatus itez prætorium ingressus aduocauit te ad se, & dixit, tu es rex iudæoz, respõdisti, a temetipso hoc dicis, an alij dixerũt tibi de me: & respõdit Pilatus, gens tua & pontifices tui tradiderũt te mihi, qd fecisti, ergo rex es tu, humiliter respondisti, tu dicis, qa rex sum ego, ego in hoc natus sum, & ad hoc ueni in mũdum ut testimoniũm perhibeam ueritati, & oĩs qui ex ueritate est audit uocem meam: & Pilatus itez exiuit ad iudæos, & dixit, ego nullam inuenio in eo causam, corripiam eum, & dimittam, est enim consuetudo ut unum dimittam uobis in pascha, uultis dimittam uobis regem iudæoz, an Barrabam: respondetũt, non hunc sed Barrabam: tunc apprehendit te Pilatus, & fecit te exui, & nudum

in conſpectu irriſor̃ iuſſit aſtare, & ſic acri ter flagellari, ut per ſacrum corpus tuum undiq; eff lueret nobiliſſimus ſanguis, qui confectus fuit ex flore humanitatis, & adi⁊ pe di uinitatis, tunc circundederunt te ui⁊ ri mendaces, & ſine cauſa flagellis ſuis ce ciderunt te, & non ꝑpercerunt uultum tu um dulciſſimum ꝑſpuere, & tenerrimum corpus tuum amariſſimis uerberibus diuel lere, addentes plagas plagis, liuores liuori bus, & uulnera uulneribus, ut nil remane ret inulceratum & illæſum a uertice ſanctiſ ſimi capitis uſq; ad plantam pedis, & hæc omnia patienter pertuliſti, ſuſcipiens in te omnem iram patris tui, quam nos miſerri mi meruimus pro peccatis noſtris. o bone ieſu per hanc tuam magnam acerbitatem flagellorum qua dilacerata ſunt dulciſſima & tenera membra ſpecioſiſſimi corporis tui, & per nimium dolorem qui tam acri ter pertranſiuit omnia uiſcera tua quando de horribili columna ablatus es, & ueſti⁊ bus tuis reindutus, & per omnes terrores, liuores, & maculas, & cicatrices & uulnera quæ de amaritudine flagellorum ſuſcepit

uum delicatum & uirgineum corpus, qđ tam ſæpe aſtrictū fuerat caſtis amplexibus tuirginis mariæ. Obſecro te ut melliflua beate paſſionis tue memoria cordis mei cogitationes indeſinenter afficias. Et tuo roſeo cruore penetralia mentis meæ iugiter aſpergas ad laudem & gloriam nominis tui. Amen.

¶ De expoliatione, illuſione, coronatione & percuſſione capitis Ieſu.

GRatias tibi ago domine ieſu chriſte, q hora diei tertia introductus es in prætorium a militibus qui exuerunt te coram omni cohorte ueſtimentis tuis & clamy de coccinea circundederunt te regem gloriæ, qui ab æterno circundatus es gloria & honore. Et plectentes coronam de ſpinis poſ fuerunt ſuper caput tuum, & imprimētes eam capiti tui uſq; ad cerebri teneritudinē Et tuum diuinum caput multiplici ſpinarum denſitate ita cōfixerunt ut ſanguis undiq; effluueret ſuper faciem tuam, & arundinem dabant tibi in dexteram tuam pro ſceptro regali, qui es rex regum & dominus dominantium. Et genu flexo ante te

illudebant dicentes. Aue rex iudæorum & dabāt tibi alapas, q̄ es dominus uirtutum cui luna sol & sydera & omnis ordo cæli cus deseruit, & spuerūt in faciem tuā amabilem, cuius pulchritudinē sol & luna mirantur, et acceperunt arundinem de dextera tua & percusserūt caput tuum. O bone iesu per hanc coronam spineam que multis pūcturis speciosum uerticem tuum diuulnerauit, & per miserabilem faciem tuā quam tunc habuisti turgidam ex percussionibus & lachrymis, & liuidam plagis, & suffusam sanguine, et fœdatam sputis cōcede animæ meæ tam amabilem faciem ut clari oculi tui delectentur eam uidere.

De iniusta ꝯdemnatione iesu ad mortē.

GRatias tibi ago Domine iesu Christe propter sancta et deuota uestigia quibus ibas de prætorio portans spinam coronam et purpureum uestimentum, nō ciarens imperio sed plenus opprobris, et dixit pilatus. ecce homo quasi diceret. Si regem inuidetis iam parcite, quia deiectum uidetis, et illi intuētes te terribilibus oculis horribiliter clamabant dicentes

Crucifige crucifige eum. Et dixit pilatus, ego non inuenio causam mortis in eo. Accipite eum uos & crucifigite. Clamauerũt omnes. Nos legem habemus, & secundum legem debet mori, quia filium dei se fecit. Tunc pilatus introiuit in prætorium & aduocauit te ad se & dixi. Vnde es tu? Et tu sapientia quæ ex ore altissimi prodisti, nõ dedisti responsum, sed tam mansuetus fuisti in omnibus iniurijs tuis ut miraretur ipse iudex iniquitatis. Et cum tibi diceret potestatem se habere crucifigere & dimittere te, humiliter respondisti, non haberes potestatem in me nisi desuper tibi datum fuisset. Tunc exiuit pilatus & sedit pro tribunali, dixitq; iudæis. Ecce rex uester. Illi autem clamabant dicentes. Tolle tolle crucifige eum. Et dixit pilatus. Regem uestrum crucifigam. Illi autem negauerunt & abdicauerunt te regem suum esse dicentes. Nõ habemus regem nisi cæsarem. Ego autem pfiteor te hodie deum & dominum meum esse. Et plane gaudeo quod in te habemus aduocatum & pontificem scientem compati infirmitatibus nostris, & peto te ut prosi

fitearis me hodie ante faciem patris tui & dicas animæ meę ſalus tua ego ſum. O unicum ſolatium meum. Iterum horribiliter clamat populis ſuper te ad iudicem dicens Si hunc dimittis, non es amicus cæſaris. Tunc pilatus ſciens ꝙ per inuidiam tradidiſſent te, ſed tamen uolens populo ſatisfacere, lauit manus coram populo & dixit. Innocens ego ſum a ſanguine iuſti huius uos uideritis, & clamauit omnis populus, & dixit. Sanguis eius ſuper nos & ſuper filios noſtros. Tunc dimiſit illis barrabam & te innocētem filium dei tradidit in mortem. O bone ieſu per hanc terribilem ſententiam damnationis tue & per magnā patientiam & humilitatem tuam & manſuetudinem quam oſtendiſti nobis in omnibus tribulationibus & anguſtijs quas ꝓtuliſti ingrediens & egrediens, & de iudicio ad iudicem ueniens fac me humilem & pacificum in omnibus opibus meis. Amē.

¶ De baiulatione crucis ad locum caluarie & crucifixione. Ieſu.

GRatias tibi ago domine ieſu chriſte q̄ hora diei ſexta exutus es purpura &

uestibus tuis reindutus a militibus qui ei duxerunt te ualde ignominiose in medio duorum latronum baiulantem tibimetipsi patibulum crucis, & currebant post te ali qui plangentes & lamentantes, alij illudentes & irridentes, ut iam penitus sub onere crucis deficeres prennimietate laboris sed apprehenderunt quemdam nomine symonem, quem angariauerunt ut portaret crucem post te, non parcendi misericordia sed timentes ne forte deficeres in uia antequam implerent omnem suam malignitatem, & in omnibus his tribulationibus & angustijs pie conuertisti te ad mulieres, que sequebantur te plangentes & lamentantes, & consolasti eas dicens. Filie hierusalem nolite flere super me sed super uos, quia si in ligno uiridi hec faciunt in arido quid fiet. Sed cum perduxerunt te Iesu ad locum caluarie, tunc nudum liuidum & expoliatum exuerũt te dominum glorie, quem circundant flores rosarum & lilia conualium, & sine omni honore fecerunt te stare in conspectu matris tue & oium amicoꝝ et inimicoꝝ tuoꝝ q terram

tam iocunde diuersis floribus respergis & celum lucidis ornas syderibus. O dulcedo anime mee, tunc te regem glorie pro despectissimo, immo uilissimo uermiculo crucifixerunt, extendentes te sic nimie & tam crudeliter ut possent dinumerare omnia ossa tua, & transfigentes manus & pedes tuos quod ex amara extensione manuum & pedum tuorum renouata sunt omnia uulnera & omnis dolor corporis tui. O bone ieſu rogo te per hec sacra uestigia quibus nudus ibas usque ad sanctam crucem & magnam ignominiam quam pertulisti & per nimiam charitatem qua crucem ascendisti, ut ipsa charitas tam integre & perfecte cõburat & consumat in anima mea omnia uitia ut fiat purissimum speculum tue sancte trinitatis. Amen

¶ De uulneratione ac extensione Ieſu in cruce, & de supplicatione pro inimicis suis.

LAudo & glorifico te domine Ieſu Christe propter transfixionem tue dextere manus qua contremuerunt omnia interiora tua. Laudo & glorifico te domine Ieſu Christe propter transfi-

xionem tue ſiniſtre manus qua totius cor
poris tui clare uene perfuſe mera deitate
ſunt diſrupte & exiccate, & glorifico te do
mine ieſu chriſte propter trāſfixionem pe
dum tuorum, & per omnem dolorem qui
tunc pertranſiuit omnia uiſcera tua qa acer
bitas clauorum penetrauit ſecreta medul:
larum oſſium & neruorum tuoꝝ reſerans
nobis theſauros ſanguinis tui præcioſiſſi:
mi. Laudo & glorifico te domine ieſu chri
ſte propter nimiam extenſionem tuam in
cruce, ut nec manus neqꝫ pedes nec ullum
membrum mouere poſſes. Et propter ma
gnum dolorem, qui pertranſiuit omnia in
teriora tua, quando eleuatus es cum cruce
nudus & dilaceratus liuidus & in ligno du
riſſimo extenſus contractus inclinatus in
meos amplexus. Et propter ſanctam & de
uotam orationem quam orabas pro inimi
cis tuis dicens. Pater ignoſce illis, quia ne
ſciunt quid faciunt. Moueant te pater igno
minie meæ ſudores & labores mei uidean
tur e cælo uulnera iſta, quia propter ſcelus
populi tui percuſſiſti me. O bone ieſu ſic
orans ad patrem exauditus es pro conuer
ſione

sione multorum, & obscuratus est sol, & facte sunt tenebre super uniuersam terram usq; ad horam nonam.

¶ De opprobrijs iudæorum & contumelijs exhibitis iesu in cruce. Et de uerbo ad latronem in cruce dicto.

GRatias tibi ago domine iesu christe q̄ tam turpiter pendebas in cruce in medio duorum latronum saturatus opprobrijs, & irrisionibus nudus & diris uerberibus laceratus, & cum iniquis deputatus, ut nos deputares in consortium angelorū. Et passus es tuis uirtutibus quia patientiā & perseuerantiam tuam putabant impotētiam & insipientiam dicentes ad alterutrū. Alios saluos fecit, seipsum non potest saluum facere. Et pretereuntes blasphemantes mouentes capita sua dicentes. Vah q̄ destruit templum dei & in triduo reedificat illud. O bone iesu tunc factus es in derisum omni populo estimatus tāquam mortuus super terram non est inuentus qui te agnosceret & faceret bene. Et luxit omnis terra super te, & stabat populus expectans & seruabant te, & erant tibi in tormentis illu

fores, & in morte exprobratores sibi diuiserunt uestimenta tua & super ea miserunt sortem. Et unus de latronibus blasphemabat te dicens. Si tu es Christus, salua temetipsum & nos. Alius uero dixit. Memento mei domine dum ueneris in regnum tuum Et tu iustissime iudex quamuis stares in conspectu dei patris ut auerteres iram tuã a nobis, nõ es oblitus iudicioꝝ tuoꝝ quæ a sæculo sunt sed tu iusto iudicio damnasti superbum peccatorem, & misericordie tue saluasti humilem pœnitentem. Laudo & glorifico te domine deus ꝓpter illam charitatem & dilectionem qua dilectam animam tradidisti in manus inimicorum tuorum dulcissimum & tenerrimum corpus tuum percutientibus & dilacerantibus, & propter omnes ꝓtumelias & terrores quas passus es in cruce propter nobilem hæreditatem & testamentum quod disposuisti in cruce ante mortem tuam crucifixoribus tuis uestimenta distribuendo, patrem discipulis, & persecutionem apostolis relinquẽdo, matrem discipulo commendando. Corpus & sanguinem tuum sponse tue eccle-

fiæ ad ſamndam prebendo. Latroni para diſum ꝓmittendo. Patri ſpiritum cõmẽdã do. Per hæc oĩa concede mihi ueram humi litatem uoluntariam pauptatem, hylarem obedientiam: perfectam patientiam: ardentem charitatem: ut in omnibus dulceſcat mihi laus & iubilatio tua & areſcat mihi mundus & omnis concupiſcentia eius ad laudem & gloriam noĩs tui. Amen.

¶ De cõpaſſione uirginis & mĩris mariæ & mutua cõmẽdatione eius Ioãni & econtra.

LAudo & glorifico te domine ieſu chriſte propter ineffabilem dolorem quẽ habuiſti cum mariam matrem tibi aſtantem tantis doloribus & anguſtijs uidiſti cruciari, & ꝓp maternam compaſſionem q̃ ipſa ſuꝑ te habuit qñ aſpiciebat te unicum filiũ ſuũ in cruce ſine culpa extẽſum cruẽtatũ, & uulneratũ cũ millenis uulneribus, & carnẽ de carne ſua ſumptã, ab ipijs diſſecari & lacerari, & ꝓp ignominioſam & innocentẽ mortem q̃ ꝓtu iſti a ꝓpĩo, de quo ꝓgenie natus fuiſti. Gr̃as tibi ago dñe ieſu xp̃e, q̃ torcular calcabas ſolus, q̃ de genibus & nõ erat uir tecũ, & oẽs amici & noti

tui recesserũt a te. Ideo circũspexisti ad terram ubi stetit mater tua, si forte saltem ipsa te adiuuaret, & nõ erat tibi auxilium ab ea, quia fragilis & dolens erat. O bone ieſu per illam angustiam in qua tunc solus perstitisti & illum dolorem quem habuisti cum amaritudinem passionis tue in tã multis perditam cognouisti, & per illam commendationem qua dilectam matrem tuam commendasti sancto Ioanni, & illum ei recommendasti. Rogo te ut in fine uitæ meæ commendes corpus & animam meam tuę glorioſe genitrici uirgini. Mariæ quia eam redemisti.

¶ De ualido clamore in cruce hely hely lamazabatani.

GRatias tibi ago domine ieſu christe qꝙ terribiliter in cruce clamabas uoce magna dicẽs, hely hely lamazabatani, hoc est deus meus deus meus ut qd me dereliqsti. Ac si diceres. Memento o pr̃ quare me dereliqueris in his tantis angustijs, ideo ut satisfacerẽ tibi pro peccatis hoium, & auerterem iram tuam ab eis, ut reconciliati per me inuenirent gr̃am corã te hodie. O pr̃ &

Dñs meus perfeci illud amara passione & crudeli morte satisfeci tue pñe charitati ardēti desiderio fraterne charitatis, & quorum creator ab initio fui illoꝝ redemptor & saluator factus sum. Et regnum cæloꝝ quod ab æterno tecum possedi hæreditario iure filij factus homo in tpe iterum mercatus sum illud præcioso sanguie meo, ut homo cuius frater effectus sum illud mecum possideat in æternū hæreditario iure fraternitatis. O bone clamore ualido & lachrymis exauditus es pro tua reuerentia, qa in altum ascendisti ut longius audireris, fortiter clamasti ut nullus excusaretur, clamori lachrymas addidisti ut homo tibi cōpateretur, propter hanc deuotam orationem tuam & per amarissimas lachrymas, quas fleuisti in cruce ex nimij doloris acerbitate & ardenti desiderio charitatis, rogo te ut nunq̄ mortar donec uis tui amoris & passionis perscrutetur omnia uiscera mea. Amen.

¶ De tribus horis qbus pendebat Iesus uiuens in cruce, & de multiplicibus opprobrijs & contumelijs ibidem passis.

DOmine ieſu chriſte q̃ es puriſſimum ſpeculum ſancte trinitatis quem intueor oculis mentis meæ, & ex intimis uiſceribus laudo & glorifico te propter qualitatem quam habuiſti quando uiuens in corpore tres horas in cruce permanſiſti, ubi tuam diuinam libertatem detineri uoluiſti piam longanimitatem crudeliter extendi diuinam benignitatem cõcuti & ex nimio dolore te factorem cæli & terre in tantis angustijs & tribulationibus poſitum, ut irrationabilis creatura tibi compateretur miſericordiam diuinam tractari ſine omni miſericordia: clementiam diuinam orare & inuocare patrem pro inimicis, gaudium diuinum & lætitiam ſempiternam Angelorũ & hominum mirabiliter conteri, & ſuper contritionem tuam inimicos gaudere, te dñm uirtutum derideri, & deſpectum haberi ab iniquis, blaſphemari ab impijs, opprobria pati hoĩez dluinum & dominicam dignitatem fieri opprobriũ hoĩum & abiectionem plebis. Speciosum forma prę filijs hominum eſſe ſine ſpecie & decore: de cuius amabili aſpectu lætificatur omnis cæ

Jeſus patria factum eſſe ſpectaculum horroris & contumelie omni populo & terribilis ad uidendum omnibus amicis & inimicis utlme amabilem faceres in ꝓſpectu tuo. Potentiam diuinam ſubiacere magnis doloribus & cruciatibus penarum uirtutem diuinã iamqꝫ deficere in tormentis. In cuius manu glꝛiæ & diuitie tam pauperem fieri & nudus & liuidus & pallidus & deformis in cruce penderes & nõ haberes ubi caput tuum reclinares fidem & charitatem diuinam qua nũquam deſeris ſperantes in te derelictam eſſe ab uniuerſis & ſolus ꝓſtitiſti in afflictu pugne in quo tam miſerabiliter occubuiſti, ut in temetipſo expimento didiceris qualiter nobis deberes cõpati. O bone ieſu ꝓ hæc oĩa rogo te ut non ꝓmittas ſeparari aiam meam de corpore donec ꝓducas me in illã horã in qua tua diuina potẽtia & ſapiẽtia & bonitate ꝓficias in me qđ exercitatio centum annoꝝ non poſſet in me perficere. Amen.

¶ De ſiti ieſu in cruce & amaro eius poculo: deqꝫ ꝟbo ꝓſummationis & expiratione ieſu ſpũſqꝫ in manus, pris cõmendatione.

LAudo & glorifico te domine ieſu chriſte propter ſitim quam pertuliſti ex nimia effuſione ſanguinis & ardenti deſiderio noſtre ſalutis, cum adheſit lingua tua faucibus tuis unde & dixiſti. Sitio. Et tu fons aque uiue felle & aceto potatus, itez dixiſti, ꝓſummatum eſt, quaſi diceres, oīa quæ de me dicta ſunt conſummata ſunt in me, ꝙ totum me dedi ꝓpter hoīem totum & me toto emi illum totum. Et iterum uoce magna clamans dixiſti. Pater in manus tuas commendo ſpiritum meum. & ſic inclinato capite ſpiritum emiſiſti. Gratias tibi ago ꝙ tam pauper & inops fieri uoluiſti, ꝙ nudus pendebas in cruce, & non habuiſti ubi caput tuum reclinares. Sed ad ultimum ſuper humerum tuum inclinaſti propter multas cauſas, & principaliter propter quattuor. Primo ut oſculū dares ſpō ſe tue eccleſiæ, ut oſtēderes illi oēm iram patris tui eſſe mitigatam & ꝓ te placatam. Secundo ut peteres in corde eius reclinatorium, oſtenderesq; te nō habere ubi caput tuum reclinares. Tertio Inclinaſti caput tuum porrigens ad te humez tuum quaſi

diceres, qd ultra debui facere tibi & nō fe ci indica mihi, qa adhuc paratus sum sub uenire tibi. Quarto quasi diceres, fiduciam habe in me, quia quod tu non potes, ego possum.

¶ De miraculis quæ contigerunt in passio ne domini, & de dira perforatione lateris Iesu.

GRatias tibi ago domine iesu christe qꝑ te tam amare passioni & crudeli mor tis imperio subiscere uoluisti, qꝑ terra tre muit, petre sciſſe sunt & monumenta aper ta sunt & multa corpora sanctorum q̄ dor mierant surrexerunt, & uelum templi sciſ sum est a summo usq; deorsum, & unus de militibus lancea latus tuum aperuit, & ꝑtinuo exiuit sanguis & aqua. Et factum est cor tuum tanquam cera liquescens, in aquā quo me lauares & in sanguine quo me pingeres meq; in sponsam ornares, iō rogo te per transfixionem tui dextri late ris, & per illam charitatem quæ aperuit cor tuum in quo sunt oēs thesauri sapien tie & scientie abscōditi, & ꝑ effusionē rosei sanguinis & sanctissime aquæ, quam fer

uor amoris eduxit de latere tuo ut pene-
tres profunditatem cordis mei lancea tui
amoris, ut recēti uulnere tue charitatis sim
tam incurabilis uulneratus quatenus obli
scar omnium temporalium rerum, ut am
plectar te unicum solum bonum meum.
Amen.

¶ De eo q̄ corpus iesu iam mortuum tri
bus horis pependit in cruce.

GRatias tibi ago domine iesu Christe
quod post mortem tuam tres horas
in cruce pendebas nudus & liuidus, palli-
dus & deformis, ut omnes inimici tu ple-
num gaudium haberent, cum se uiderent
in te compleuisse omnem suam uoluntatē.
Laudo & glorifico te dñe deus pater ater-
ne ꝓpter nimiam charitatem qua unicum
filium tuum tradidisti in mortem ut redi-
meres seruum & te deprecor pater ut respi
cias piissimum filium tuum qui patitur, &
memorare benignus pro quo patitur.
Specto gloriose genitor lacerata mem-
bra filij tui. Vide redemptoris supplicium
& noli reminisci redempti delictum paup

& infirmus factus est uermis & non homo ut misericors fieret super infirmi plasmatis debilitatem. Aspice pie pater speciosum forma præ filijs hominum in crucem toto corpore extensum, & sine culpa uulneratum innoxias manus eius præciosissimum sanguinem ꝓpinantes, beatos pedes eius præcioso sanguine stillantes, in erme latus unici filij tui crudeli perfossum lancea. Cãdet nudatum pectus eius, rubet cruentatum latus eius: tensa arent uiscera, decora languet lumina, regia pallent ora, pcera rigent brachia, pendent crura marmorea: rigat terebratos pedes sanguis unda. Gratias tibi ago domine Iesu Christe qui admirabili bonitate tua obediens fuisti deo patri usq; ad mortem, crucis opprobrium subire uoluisti. Moneo te omnis humani laboris & diuini amoris, ut super me & super omnes amicos meos uiuos & defunctos, & sup omnes homines quos præcioſi sanguinis tui caractere signasti, ut miserearis oĩbus nobis scd'm magnam miſericordiam tuam. Gratias tibi ago Domine sancte spiritus, qui nostræ redemptionis

consilium fuisti. Ipse es ignis charitatis, q̃ sic aridum fecit iesum christum filium dei q̃ pendebat in cruce ut nec gutta sanguinis remaneret in illo, ideo rogo te ut secreto consilio & crebro susurrario tuo sic contrahas ad te omnes nostros sensus ut nihil in nobis moueatur contra uoluntatem tuam:

¶ De depositione iesu d cruce & ueneranda sepultura eius & de descensu aīæ iesu ad inferna & patrum inde liberatione.

GRatias tibi ago domine iesu Christe, q̃ es de cruce fideli a discipulo tuo & a maria mater tua mestissima cum nimio dolore & amarissimis lachrymis susceptus Deinde sacratissimum corpus tuum lotum & syndone munda inuolutum & circa occasum solis fuit sepultum. Suscepisti funeris exegas quas non dubium est milia milium angelorꝫ celebrasse qui omnes conuenerant ad sepulturam domini sui, ideo rogo te per beatissima exequiarum tuarum lamenta, & per ineffabilem dolorem mr̃is tue quē habuit quando te immortalem deum in sinu suo tenebat & uidebat tam mi-

ſerabiliter tractatum : cruentatum & uul-
neratum & mortuum tam turpiſſima mor
te & totam terrā tuo ſanguine cruentatā.
Et per profundam humilitatem qua tu no
bilis theuſarus requiſcere uoluiſti in cor-
de terre, ut abſcōdas me in abſcondita dul
cedine tue contemplationis, & ſerues me
in teipſo ut corpus meum ſepeliatur in pa
ce & nomen meum uiuat in gloria. O triū
phator nobilis, tunc ſancta & fœlix aīa tua
ad inferni clauſtra deſcendit, & tu rex ater
næ glorię uirtute tue diuine poteſtatis por
tas ereas & uectes ferreos confregiſti &
diabolum & miniſtros eius alligaſti & ele
ctos tuos qui ibi captiui tenebātur ad gau
dia paradiſi perduxiſti ideo rogo te per il-
lam ineffabilem latitiam quam acceperūt
animæ electorum tuorꝫ ut miſerearis ani-
mabus patrum noſtrorum fratrum & ſo-
rorum omniumꝙ parentum noſtrorum &
omnium fidelium defunctorꝫ qui de hac ui
ta tranſierunt, & qui nobis in oratione cō-
mendati ſunt, & quorum utimur uel uſi ſu
mus elemoſynis donis aut beneficijs, &
qui ſingularem interceſſorem apud te nō

habent, & pro omnibus tuam clementiam deprecare desideramus, & omnium christi fidelium ubicũq; requiescentium. Amen.

¶ De gloriosa resurrectione Domini iesu & eius multiformi apparitione & familiari conuictu & loquella cum discipulis.

GRatias tibi ago domine iesu christ, ☩ tertia die resurrexisti a mortuis & resurrectione tua glorificasti corpus humilitatis nostræ. Et ipso die apparuisti mariæ magdalene, & mulieribus a monumento reuertentibus occurristi dicens. Auete. Et ille accesserunt & tenuerunt pedes tuos. Et duobus discipulis etiam euntibus in emaus ipso die apparuisti, & cognitus es ab eis in fractione panis, & iterum ianuis clausis introisti ad discipulos & dixisti, pax uobis ego sum nolite timere, & coram illis manducasti partem piscis assi & fauum mellis. Et ad mare tyberiadis manifestabas te discipulis tuis, & accepto pane dedisti eis & piscem similiter. Et ualde amicabiliter locutus es cum illis maxime cum petro qui te negauerat. Et post dies octo iterum discipulis tuis apparuisti, & pacem tuam illis

tribuisti: & thomam incredulum ostensione uulnerum confortasti. Per hanc gloriosam resurrectionem & per illud gaudium omnium tecum resurgentium fac me & omnes amicos meos resurgere cum magna gloria & honore. Amen.

¶ De admirabili ascensione domini.

Laudo & glorifico te domine iesu Christe deus meus propter hoc tempus q̄ a die glorioſe resurrectionis tue usq̄ in diē admirabilis ascensionis peregisti, quia in hoc tempore sæpe apparuisti discipulis & alijs fidelibus amicis tuis consolans amicabiliter eor̄ tristia corda, & p̄firmās eos in fide spe & charitate tua. Et postremo ascendisti in montem & eleuatis manibus dedisti eis tuam diuinam benedictionem, & in conspectu omnium assistentium eleuatus es in cælum representans uictricis carnis gl̄iam uultui patris & sedes ad dexteram eius coomnipotens & coaternus diuino ac cinctus lumine & coronatus gloria & honore habensq̄ nos scriptos in manibus tuis, ut nunquam obliuiscaris nostri in perpetuum. Amen.

¶ De missione sancti spiritus in die sancto penthecostes.

GRatias tibi ago domine iesu christe q̄ post dies decem misisti credentibus spiritum sanctum promissum ut illumina ret & confortaret corda nostra, & incitaret ad charitatem tuam, & promisisti nobis di cen s, ego nobiscum sum usq; ad consum mationem sæculi, & dedisti nobis corpus & sanguinem tuum in pignus salutis eter næ. Ideo rogo te ut ubicunq; hoc mysteri um celebratur in uniuersa terra participē me facias, & omnes amicos confessores & bñfactores meos uiuos & defunctos. Aм̄.

¶ De secundo aduentu domini iesu ad iudi cium, & de cōdigna remuneratione & glo rificatione iustoꝝ, & de punitione impioꝝ.

GAudo & glorifico te domine iesu Xp̄e deus meus propter nimiam charitatē quæ te de cælo traxit omnia promissa factu rum & passurum ab hominibus iudicant. Et quia in magna humilitate iudicatus es: Ideo cum magna potestate iudicaturus ue nies sæculum per ignem. Tunc non p̄mit tas nos cū maledictis p̄demnari, sed cum

benedictis

benedictis, qui tunc fulgebunt sicut sol in regno patris tui possidere gaudia eterne beatitudinis. Amen.

℣ Laudo & glorifico te domine iesu christe deus meus pro omni gloria & honore pro gaudio & iocunditate quam habes in teipso, & quam pura humanitas & sancta diuinitas inuicem accipiunt. Et quam beata uirgo Maria gloriosa regia celorum & nobilis maris stella hodie habet ante conspectum tuum, & cum ipsa omnis celestis exercitus in perpetuum debet habere.

℣ Laudo & glorifico te pro omnibus delitijs quibus satias & inebrias omnes te intuentes quos de miseria huius uite ad eternam requiem transferre dignatus es.

℣ Laudo & glorifico te propter multitudinem dulcedinis tue quam mirabiliter inspiras cordibus amatorum tuorum, & pro conuersione omnium quos sine peccato de hoc mundo exire fecisti.

℣ Laudo & glorifico te pro omni misericordia quam peccatoribus unquam exhibuisti, patienter eos expectando misericorditer reuocando, benigne suscipiendo abū

danter gram dando, & ad tantam familiaritatem quasi non peccauerint admittendo, & pro his qui sunt in purgatorio qp permittis eos ibi pati qp hic, persolue nõ ualebant. Sicqp præparari ad requiem de qua eos securos feciſti, & præ omnibus creaturis quas ꝓpter nos creasti, & uniuersis utilitatibus quas de terra summimus ut eis debite utentes ad remedia infirmitatum nostrarum ad laudandum te æternaliter puenire ualeamus. Qui uiuis & regnas deus p omnia sæcula sæculorum. Amen.

¶ Gratiarum actiones de singulis bñificijs particularibus alicui homini singulari a Deo impensis.

LAudo & glorifico te dñe deus meus qp ab ęterno me in corde tue trinitatis prędestinasti, & rõnabilem hoiem me creasti, & de Christianis parentibus me nasci uoluisti, & largitus es mihi ginqp sensus meos & omnia necessaria membra corporis mei & ad baptismi gram me perduxisti & ab infantia mea subtraxisti me de sæculo in spiritalem uitam & in ipsa uita defendisti me a multis periculis animæ & corporis.

Et clementer sustinuisti & sustētasti me in prauitate & tepiditate uitæ meæ, & largitus es mihi ualde gratäter uictum & uestitum & omnia necessaria mea omnibus diebus uitæ meæ.

℣ Laudo & glorifico te ꝑ angelum quem in custodiā meam deputasti tam amabilem & glorioſum feciſti, ut uultū tue clare maiestatis iugiter intueatur, cum tamen die ac nocte super animam meam & corpus meum sollicitare non cesset.

℣ Laudo & glorifico te pro omnibus uisitationibus & monitis quas cordi meo qualicūq; mō unq̄ exhibuisti, & pro oī gr̄a tua & ꝑ oibus bñficijs tuis quæ mihi & oibus amicis meis & ullo hoi unq̄ feciſti in corpore & aia. Per hæc oīa rogo te ut accēdas cor & animam meam ardore tue charitatis ut tu solus in me uiuas meq; tibi soli uiuere facias. Qui uiuis & regnas deus per omnia sæcula. sæculorum.

℣ Hoc finito dicatur. Te deum laudamus per totum postea collecta.

DEus qui ꝓtritoꝝ non despicis gemitū & mœrētiū nō spnis affectū. Intercedē

tibus omnibus sanctis operibus tuis adez sto precibus nostris quas tibi pro tribulaz tione nostra effundimus, easque clemenz ter suscipiens tribuas, ut quicquid contra nos dyabolice uel hamane moliuntur ad uersitates ad nihilum redigatur, & cōsilio tuæ pietatis allidatur, ut nullis aduersitatiz bus lesi sed de omni tribulatione & anguz stia erepti, leti in ecclesia tua sansta tibi gratias referamus. Per dominum nostrum iez sum Christum filium tuum, qui tecum uiz uit & regnat.

¶ Explicit totus processus de uita passioz ne, resurrectione, & ascensione domini nozstri iesu Christi necnon spiritussancti missione, omnibusque alijs beneficijs homini a deo collatis.

¶ Recommendatio iam dicti processus in qua ponuntur utilitates quas quilibet consequitur ex deuota meditatione uite & passionis domini nostri iesu Christi.

SI desideras perfecte mundari a uicijs, si nobiliter ditari in uirtutibus. Si altissime illustrari in scripturis. Si glorioseq; triūphare de inimicis. Si copiose consolari in

aduersis. Si deuote conuersari in terris. Si frequenter cumpungi in cubilibus. Si dulciter flere in orationibus. Si feruenter accēdi in meditationibus. Si perseuarare in bonis actibus. Si repleri spiritalibus gaudijs. Si rapi in excessu mentis. Si diuinis frui secretis. Si feliciter mori in extremis. Si perenniter regnare in cælis. Exercete in uita & passione domini nostri iesu Christi filij dei, quem pater misit in mundum, ut omnibus preberet perfectionis exemplum, & sequaces suos ad eternū perduceret regnū. Ama igitur Christum, sequere iesum. Amplectere crucifixū. Memor sis quādiu fueris laborum & dolorum quos pertulit in predicando, fatigationum in discurrendo tentationum in ieiunando, uigiliarum in orando, lachrymarum in compatiendo. Recordare etiam dolorum eius, conuiciorum sputorum, colaphorum, subsannationum exprobrationum clauorum horumque similium. Hec meditari dei sapiētiam. In his iustitie tibi perfectionem constitue, plenitudinem scientie diuitias salutis, copias meritorum hec te erigunt in aduersis in prospe

ris remittunt, & inter leta triſtiaq; uite pre ſentis preſente uia regia incedēti tutum p̄s bent utrobiq; ducatum. hinc inde mala im minentia ꝓpulſando. ꝓptera hec tibi in ore frequēter, in corde ſemp hec tua ſublis mior p ſcia ſcire ieſum & hūc crucifixū.

¶ Incipiunt gratiaꝝ actiones domino deo omnipotenti ſuper opere creationis mūdi, per ſingulos dies hebdomade dicende, cor reſpondentes rerum creationibus in eiſdē diebus a domino deo peractis. Et primio dic dominica die.

GRatias tibi agimus omnipotens deus qui hodie feciſti cœli pulchritudinē & terre latitudinem & tenebraꝝ denſitatē & lucis amenitatem. Nobilēq; illam creatu ram ſpirituum angeloꝝ. O miſericors de⁄ us, da nobis in hac die celica comtemplari, & non de terrenis meditari, da nobis lucis tue claritatem, & excluſis tenebris angeloꝝ puritatē. ¶ Feria ſecunda.

GRatias tibi agimus omnipotens deus qui hodie feciſti pulchrā ſpherā firma mēti, quod cælū uocari uoluiſti. O clemen⁄ tiſſime deus da nobis toto corde eleuari in

cælum & te dulcem dominum contempla ri, qui cibus es angelorum atq; omnium sanctoꝝ ipsos pascēs notitia tue deitatis & gloria. ¶Feria tertia.

GRatias agimus tibi omnipotēs deus, qui hodie feciſti maria & gramina & herbas quaſcunq; uirētes, & in ſua ſpecie florētes ac germinātes. O mitiſſime deus, da nobis aquas ſpūs tue gratie & cōpunctionis lachrymas, aquaſq; penitētie ſalutaris, da ꝛtutū uirorē, tuūq; dulcē amorē, ut tibi ſemp placeamus & a te nūq; diſcedamus. ¶Feria quarta.

GRatias tibi agimus omnipotens deus, qui hodie ſolem, lunā & ſtellas feciſti & eis mundum illuminaſti. O pijſſime deus, da corda noſtra intus irradiari celeſtiū memoria ne ab eterno bono deuiemus ſed te ſequēdo lucem perpetuam inueniamus.

¶Feria quinta.

GRatias tibi agimus omnipotēs deus, qa hodie in aquis piſces, & in aere uolatilia creaſti. O bone deus da nobis in hac mortali uita ſic natare in aquis mundi, ut a petis ſimus liberi & p uolatū ꝛtu-

tum habeamus iter tutum transeundo ad gaudia paradisi.

¶ Feria sexta.

GRatias tibi agimus omnipotens deus, qui hodie feciſti iumẽta & reptilia & beſtias terre. ac hominem rectum ad tuam ſimilitudinem dans ei liberum arbitrium & uniuerſe creature dominium. O chariſſime deus, cum apud te tantum floreant homines & ratione uigeat, da ut omnem beſtialitatem & malum reſpuamus & te ſummum bonum eligamus.

¶ Sabbato.

GRatias tibi agimus omnipotens deus ut qui die ſeptimo ab omni opere q̃ patraras quieuiſti, & ob hoc ipſum ſanctificans eidem benedixiſti. O dulciſſime deus da nobis in te ſummo bono dulciter quieſcere, ſemperq̃ laudes tibi reddere, operaq̃ tua omnia celeſtia terreſtria & te creatorẽ omnium collaudare, & dignis laudibus ſẽper extollere, qui nos benigne, & ad ſalutẽ noſtram feciſti omnia. Amen.

¶ Sequuntur deuotiſſime orationes ante miſſã a ſacerdote dicẽde. Primo oratio ſan

Ti Martini pape ante missam multū utilis:

O Domine ieſu Chriſte filí dei uiui miſerere mihi miſero peccatori, & omnibus ſeruis tuis qui tibi hodie ſacratiſſimū ac precioſiſſimum ſalutis noſtre precium, precioſi uidelicet corporis & ſanguinis tui offerunt ſacramentum, & da nobis gratiā & uirtutem & fortitudinem immolādi, oferendi ac ſumendi hoc ſacrū ſantū corpus & ſanguinem tuū in fide recta ſpe firma, & charitate perfecta cum augmento humilitatis & patientie, obediētie caſtitatis ac totius ſanctitatis, In honorem & laudē ſancte & idiuidue trinitatis beatiſſimeq; uirginis Marie. In gaudio ſanctorum archangelorū & angelorum, & patriarcharum prophetarum, apoſtolorum martyrum, confeſſorū, atque uirginum & omnium ſanctorum atque electorum tuorum iam in eterna patria letantium. Et preſta, ut ſicut illos iam pleno ac ſereno ſplēdore uultus tui ſine defectu ſatias. Sic nos degētes in hac miſeria tua gratia reficias, & eos q in penis ſūt purgatorij ac ibí eſtuāt tua miſericordia eripias, & ſicut es illis in gaudiū, ſic nobis hus

ius uitalis ſacramenti perceptio ſit in ſubſi
dium, et his qui in penis ſunt in refugium.
Miſerere igitur clementiſſime, domine ieſu
Chriſte per huius uiuifici ſacramenti uirtu
tem ſancte & uniuerſali eccleſie, & omnia
mala, ſcilicet hereſes, diſcordias & diſſen-
ſiones ab ea euelle, errantesq; in ea corri-
ge, incredulos ad fidem conuerte ſciſmati-
cos ad unitatem ſancte eccleſie facredire,
& ipſis lumen tue ueritatis oſtende, pecca-
toribus ueram penitentiam largire, iuſtos
in bono propoſito fac perſeuerare populo
Chriſtiano miſerere, clerum defende reli
gioſos in ſeruitio tuo ſancto conſeruare di
gnare, omnesq; laborantes conforta, triſtes
conſolare, infirmis ſanitatem corporis & a
nime reſtitue, pauperibus ac egentibus om
nia corporis & anime neceſſaria tribue, pe
regrinis & exultatibus cum ſalute ad pro
pria fac remeare, in periculis aquarum po
ſitis ad portum ſue uoluntatis fac pertinge
re, pregnantibus partum gaudij miſericor
diter largire. In uinculis & carceribus de
tentos abſolue, omnibus, cum quibus pec
cauimus, uel quos ad peccandum induxi

mus & nobis misericors pater indulge om nibus quos cõturbauimus, lesimus, scanda lizauimus, uel defraudauimus tu gratiose creator persolue omnibus parentibus ami cis & inimicis confratribus & consangui neis familiaribus & benefactoribus & quo rũ utimur uel usi sumus elemosynis, om nibusq; pro nobis deum exorantibus, uel orationibus nostris se commendantibus omnia bona tribue, & eos ab omni malo defende, in tuoq; eos seruitio fac perseuera re usq; in finem. Et post huius cursum mi serie ad te qui es uera propria merces pre mium eternum & gloria da peruenire. In tribulationibus & persecutionibus & tenta tionibus ad te clamantes auxiliare. In ago ne positis de hoc quoq; seculo exituris suc currere, & animas eorum a faucibus rugiẽ tis inimici eripe. Inimicis nostris & nobis ueram charitatem largire, omnibusq; tuis fidelibus per huius sacramenti uirtutem presta subsidium auxilium & consolamẽ. Adhuc in carne presentibus tuam gratiã am largiendo futuros tua misericordia p̃ ueniẽdo. Pretcritis ꝑo oibus eternã regem

tribuendo deus qui trinus & unus per cũ
cta seculorum secula benedictus. Amen.
¶ Imploratio patronorum.
ET ut efficax mea deprecatio sit, beate
Marie semper uirginis suffragium pe-
to quam tanti meriti esse fecisti, ut prima in
ter mulieres omnes hoc nouum munus in
firmitatis offerret, ut deum uirgo pareret,
& post partum uirgo pmaneret. Adsit mi
hi quaeso semper & ubiq; beatorum anges
lorum custodia et presta ut apud te pro me
misero peccatore sanctorum angelorum
agmina intercedant. Intercessiones apostos
lorum imploro qui beatissima Christi pas
sionis uestigia sunt secuti & ad tantam cel
situdinem peruenerunt, ut quecunque liga
rent super terram essent ligata & in cælis,
& sedent super thronos duodecim iudican
tes. xii. tribus israel. Martyrũ preces expo
sco. qui pro tuo nomine sanguinem suum
non dubitauerunt fundere, & duxerunt ani
mas suas usque ad mortem ut mortis au-
ctorem superarent. Confessorum orationes
expostulo: qui bella tantationum pie dum
uiuerent in chatolica fide & hereticorum

cõfictione diutissima certamina pertulerũt longiores occultique martyrij palmas acceperunt. Subueniat mihi apud misericordiam tuam chorus sanctarum uirginum tuarum: quarum principatum tenet beata uirgo Maria ubi ipsa cum omnibus sanctis intercedat: ut ad uitam perueniam sempiternam: te miserante & donante. Qui cum cum patre & sancto spiritu uiuis & regnas deus per omnia secula seculorum. Amen.

¶ Item oratio sancti Ambrosij ante missã.

SVmme sacerdos & uere pontifex; qui te obtulisti deo patri hostiam puram sanctam & immaculatam in ara crucis pro nobis miseris peccatoribus: quique dedisti uobis carnem tuam ad manducandum & sanguinem tuum ad bibendum: & posuisti illud mysterium in uirtute spiritussãcti dicens. Hec quotienscunque feceritis: in mei memoriam facietis. Rogo per sanguinem tuum preciosum magnum salutis nostre precium. Rogo per hanc miram & ineffabilem charitatem; qua nos miseros & indignos sic amare dignatus es, ut lauares nos a peccatis nostris in sanguine tuo.

Doce me indignũ ſeruũ tuũ quẽ ẽt ĩter cẽte ra dona tua ad officium ſacerdotale uocare dignatus es nullis meis meritis, ſed ſola di gnatione miſericordie tue. Doce me quẽſo per ſpũm ſanctũ tuum tm̃ tractare myſteri um ea reuerẽtia & honore, ea deuotione & timore ꝙbus oportet & decet. Fac me ꝑ gra tiam tuã ſemp illud de tãto myſterio crede re & itelligere, ſentire & firmiter tenere, di cere & cogitare ꝙ tibi placet, & ꝙ expedit ad ſalutẽ aiæ meæ. Intret ſpũs tuus bonus in cor meum: ꝙ ſonet ibi ſine ſono & ſine ſtrepitu uerboꝝ: loquat̃ oẽm ueritatem tan toꝝ myſterioꝝ: profunda ꝙppe ſunt nimis & ſacro tecta uelamine, ꝑp magnã clemen tiam tuam concede mihi miſſarum ſolẽnia puro corde & munda mente celebrare. Li bera cor meum ab immundis & nephãdis a uanis & noxiis cogitationibus. Muni me bonoꝝ angelorum pia & fida cuſtodia, atq; fortiſſima tutela ut hoſtes oium bonoꝝ ꝓfuſi diſcedant per uirtutem tanti myſte rij. Et per manum ſancti angeli tui repelle a me & a cunctis ſeruis tuis diriſſimum ſpi ritum ſuperbie & cenodoxie, inuidie & bla

ſphemie fornicationis & immunditie, du/
bietatis & diffidentie. Confundantur qui
nos perſequuntur, pereant illi qui perdere
cuncta feſtinant. Rex uirtutum, amator ca/
ſtitatis, & integritatis deus cæleſti rore be/
nedictionis tue extingue in corde meo to/
tum fomitem ardentis libidinis, ut maneat
in me tenor totius caſtitatis animæ & cor/
poris. Mortifica in mẽbris meis carnis ſti/
mulos omneſq; libidinoſas cõmotiones,
& da mihi ueram & perpetuam caſtitatem
cum cæteris donis quæ tibi placent in ueri
tate, ut ſacrificium laudis caſto corpore &
mundo corde ualeam tibi offerre. Quanta
enim contritione cordis & lachrymarum
fonte, quanta reuerentia & tremore, quan/
ta corporis caſtitate & animi puritate iſtud
diuinum & cæleſte ſacrificium eſt celebrã
dum dñe, ubi caro tua in ueritate ſumit̃, &
ſanguis tuus in ☧itate bibit̃, ubi ima ſum
mis ☧iunguntur, ubi adeſt ſancto☧ angelo
rum præſentia, ubi tu es ſacrificium & ſa/
cerdos mirabiliter & ineffabiliter. Quis di
gne hoc põt celebrare niſi tu deus ops of/
ferentẽ feceris dignum. Scio domine & ue

re scio, & idipsum bonitate tue confiteor ℣ non sum dignus accedere ad tantum mysterium propter nimia peccata mea & infinitas negligentias meas. Sed scio & ueraciter ex toto corde meo credo & ore ꝓfiteor, quia tu me potes facere dignum ℣ solus potes facere mundum de immnndo conceptum semine, solus de indignis dignos, de immundis mũdos de peccatoribus iustos & sanctos facis. Per hanc omnipotentiam tuam te rogo concede mihi peccatori hoc cœleste sacrificium celebrare cum amore & tremore: cum cordis puritate & lachrymarum fonte cum lætitia spirituali & cœlesti gaudio. Sentiat mens mea dulcedinẽ beatissime præsentie tue & excubias sanctorum angelorum tuorum in circuito meo. Ego enim memor uenerande passionis tue accedo ad altare tuum licet peccator ut offeram tibi sacrificium quod tu instituisti & offerri præcepisti in commemorationem tui pro salute nr̃a. Suscipe ergo illud quæso sanctissime deus pro ecclesia tua sancta & populo tuo quem redemisti sanguine tuo. Et quoniam me peccatorem medi

um inter te & eundem populum tuum es, se uoluisti, sed in mei boni operis testimonium non agnoscas, officium saltem dispensationis credite non recuses: nec per me indignum eorum salutis pereat præcium, p quibus uictima factus salutaris dignatus es esse redemptio. Profer eo ergo domine si digneris ppitius intueri tribulationes plebium, pericula populorum captiuorum gemitus miserias orphanorum necessitates peregrinorum, inopiam debilium, desperationes languetium, defectus senum, suspiria iuuenum, uotæ uirginũ, lamenta uiduarum. Tu enim misereris omnium o domine & nihil odisti eorum quæ fecisti. Memorare quæ sit nostra substantia, q̃ debilis, q̃ fragilis, q̃ mutabilis, quam deceptibilis, & infirma, quia tu pater noster es, tu deus noster es, ne irascaris satis, neq; multitudinẽ uiscerum tuorum super nos contineas. Nõ enim in iustificationibus nostris prosternimus præces ante faciem tuam, sed in miserationibus tuis multis. Aufer a nobis dñe cunctas iniquitates nostras, & ignem sancti spiritus in nobis clementer accende. Au

fer a nobis domine cunctas iniquitates nostras, & ignem sancti spiritus in nobis clementer accende Aufer cor lapidem de carne nostra & da nobis cor carneū, quod te timeat, te amet, te diligat, te delectetur, te sequatur, te perfruatur eternaliter. Oramus domine clementiam tuam, ut sereno familiam tuam tui sacri nominis officia prestolātem aspicere digneris uultu. Et ut nullius sit irritum uotum, nullius uacua supplicatio, tu nobis preces suggere, quas ipse audire propitius & exaudire digneris. Rogamus etiam te pater sancte, & p animabus omnium fidelium defunctorum ut sit illis salus. sanitas gaudium & refrigeriū. Hoc magnum pietatis sacramentum deus meus sit illis hodie magnum & plenum conuiuium de te pane uiuo, qui de cælo descēdisti, & dans uitam mūdo, de tua carne sancta & benedicta. agni uidelicet immaculati qui tollit peccata mundi, quæ de sancto & glorioso utero beate uirginis Marie est assumpta, de spiritu sancto concepta. De illo inquam fonte pietatis qui per lanceam militis ex tuo sanctissimo latere feliciter ema

nauit, ut exinde ſanati, refrigerati, refe-
cti, conſolati, exultent in laude & gloria
tua. Peto elementiam tuam deus, ut deſcē
dat ſuper illud plenitudo tue benedictio-
nis, ſanctificatio tue diuinitatis. Deſcen-
dat etiam domine illa ſancti ſpiritus tui in
comprehenſibilis inuiſibiliſq; maieſtas,
ſicut quondam in patrum hoſtias deſcen-
debat, & oblationes noſtras corpus & ſan
guinem tuum efficiat, & me indignum ſa
cerdotem tuū doceat tantum tractare my-
ſterium cum cordis puritate & lachryma-
deuotione, cum reuerentia & tremore,
ita ut placite & benigne ſuſcipias ſacrifici
um laudis de manibus meis ad ſalutē om-
nim tam uiuorum quam mortuorum. Ro-
go te domine per ſacroſanctum myſteriū
corporis & ſanguinis tui, quo quottidie in
eccleſia tua paſcimur abluimur & ſanctifi
camur & potamur, atq; unius ſūmeq; diui
nitatis participes efficimur. Da mihi ꝓtutes
tuas ſāctas qbus repletus bona cōſciētia ad
altare tuū accedā ita ut hec celeſtia ſacra ef
ficiātur mihi ſalus & uita. Tu.n. dixiſti ore
tuo ſctō et bñdcō panis quē ego dabo caro

mea est pro mundi uita. Si quis manducaꝛ uerit ex hoc pane uiuet in æternum. Panis dulcissime sana palatum cordis mei ut sentiam suauitatem amoris tui. Sana illud ab omni langore, ut nullum præter te quærat amorem, nullam præter te amet pulchritudinem. Panis candidissime habens omne delectamentum & suauitatis odorem, qui nos de te semper reficis & in te nunquam deficis, comedat te cor meum, & dulcedine saporis tui repleantur uiscera animæ meę. Manducat te angelus pleno ore in patria. Manducet te peregrinus homo pro modulo suo ne deficere possit in uia tali recreatus uiatico. Panis sancte panis uiue, panis pulcher, panis munde, q descendisti de cœlo & das uitam mũdo. Veni in cor meum, & munda me ab omnibus inquinamentis carnis & spiritus, intra in animam meam, sana & sanctifica me interius & exterius. Esto tu tamen & continua salus & corporis & animæ meæ, repelle a me insidiantes mihi hostes, recedant proul a potẽtia maiestatis tue ut fortis & intus munitus per te recto tramite ad regnum tuum perueni

am ubi non in myſterijs ſicut in hoc tem/
pore agitur, ſed facie ad faciem te uidebi/
mus cum tradideris regnum deo patri &
deus eris omnia in omnibus. Tu enim me
de te ſatiabis ſatietate mirifica, ita ut neq;
eſuriam, neq; ſitiam in æternum. Amen.

¶ Item alia oratio ante miſſam.

MAieſtatem tuã totis uiribus deus pijſ
ſime humili prece depoſco & exoro
ut remittas crimina quæ caro fragilis a ten
tatione iniquorum ſpirituum nequiter ad
miſit, & iam reuerti ad ea nõ ſinas ultra ſed
cõfirma me in iuſtificationibus tuis, perſe
uerantiam mihi tribue in illis, & fac me dI
gnum ante conſpectum maieſtatis tue aſta
re, & ſacrificium tibi domine caſto corpo/
re & mundo corde digne offerre.

¶ Item alia oratio.

IGnoſce mihi domine quem maculate
uite conſcientia trepidum & criminum
meorum confuſio facit eſſe captiuum. Et q
pro me ueniam obtinere non ualeo ꝓ alijs
rogaturus aſſiſto profero ſi digneris domi
ne captiuorum gemitus tribulationes ple/
bium: pericula populorum: neceſſitates pe

regrinoꝝ, inopiam debilium, deſpationes languentium, deſpectum ſenum, ſuſpiria iuuenum lamenta monachoꝝ uel uiduaꝝ, deſolationes æccleſiaꝝ. Sed qm̃ me eadem quæ ppl'm peccati cathena ꝑſtringit, ideo cões lugeo paſſiones. Nõ obſit dñe populo tuo oro ſubiugata peccatis, ſed ꝓ me offertur uotum, ꝓ te dñe meum compleatur officium.

¶ Item alia oratio ante miſſam.

ANte ꝑſpectum diuine maieſtatis tue reus aſſiſto q̃ inuocare nomen ſanctum tuum præſumo. Miſerere mihi dñe homini peccatori ignoſce indigno ſacerdoti per cuius manus hæc oblatio uř offerri. Parce peccatoꝝ labe præ cæteris capitalium polluto, & non intres in iudiciũ cum ſeruo tuo q̃a nõ iuſtificabit in ꝑſpectu tuo oís uiuẽs. Scilicet, uitiis ac uoluptatibus carnis aggrauatus ſum recordare dñe q̃ caro ſum in cõ ſpectu tuo etiam'cæli nõ ſunt mundi, quanto magis nos hoies terreni immundi ſicut pãnus menſtruate. Indignus ſum dñe ieſu xp̃e ut ſim uiuẽs. Sed tu q̃ nõ uis mortem peccatoris da mihi ueniam in carne ꝑſtita

to ut per pœnitentie fructum uita aternæ perfrui merear in cælis.

¶ Item alia de eodem.

CONscientia qdem trepidus ops Deus ad altare tuum accedo, sed si dimitto uereor de inobediẽtia pdẽnari. Parce mihi dñe idigno famulo tuo. Et licet ad celebrãda sacrificia semp indignus inueniar, tñ fiduciam de tua mia retineo, p quare deus ops dignaꝛ me pña pietate placitoq uultu respicere & cordis mei ietriora pugnare, & si ego reatu culpabilis existo meaꝛ tñ præcum interuentu tibi sint grata in oibus mysteria placita atq sacrata.

¶ Item alia oro ante missam.

DEus q nó mortẽ sed pœnitentiã desideras peccatoris, me miseꝛ fragilẽq peccatorẽ a tua pietate nó repellas, neq aspicias ad pctã & scelera mea & immundas turpesq cogitationes qbus flebiliꝛ a tua diuiñ gor uolũtate, sed ad imẽsas misericordias tuas, & ad fidẽ deuotionẽq eoꝛ qui p me tuã expetũt mĩam, & qa me indignũ medium iter te & ppl'm tuũ fieri uoluisti, fac me talẽ ut possim digne tuã exoraꝛ mĩaꝫ p me

peccatore & pro eodem populo, & adiunge uoces nostras uocibus angelorum tuorum, ut sicut illi te laudant inessabiliter & infatigabiliter in aterna beatitudine, ita nos quoquæ eorum interuentu mereamur inculpabiliter laudare in hac peregrinatione Iesu Christe qui uiuis & regnas deus per omnia sæcula sæculorum. Amen.

¶ Item alia oro ante missam.

AGnosce domine q̄ rogare compellor, dum per immunda labia nomē tuum assumo & immundoꝝ actuum secreta confiteor, nō habeo apud te uerba sine crimine. Tu enim conscientie meæ uulnera tu cogitationum mearum occulta nosti, & immunditias meas tu solus agnoscis miserere mihi, miserere domine mihi, ignosce mysterij tui secreta tractanti, nec indignum misericordie tue iudices quem pro alijs rogare permittis & in quo testimonium boni operis non agnoscis officium saltem dispensationis credite nō recuses. Saluator mundi qui cum patre & spiritu sancto uiuis & regnas. &c.

¶ Item alia oro.

DEus misericordie & ueritatis clementiam tuam supplicʒter deprecor ut mihi miserrimo innumerabilium ueniam cõcedas peccatorum quibus iram tue potentie ꝓuocaui: quatenus te miserante in hac uita scd'm tuam uoluntatem purgatus ad beatitudinis æternæ participationem ꝓtingam. Cunctis etia in corpore uiue extra corpus fidelibus: q̃ mihi spiritali uel carnali ꝓiunctione cohærent, & q̃ se mihi ꝓfitendo uel rogando commendauerunt, necnon & quoꝝ pecunias & elemosynas suscepi, uel qui p̃ meam malitiam seu negligentiã corrupti sunt, manum misericordie tue porrigas, & p̃ ineffabilem largitatem tuam optatam eis indulgentiam peccatoꝝ ꝓcedas, & ad requiem beatoꝝ eos perducas.

Item alia oratio.

DEus q̃ de indignis dignos, de immundis mũdos, de peccatoribus iustos facis. Munda cor & corpus meum ab oi sorde ꝛ cogitatione peccati, & fac me dignum sacris altaribus ministrum, & ꝓcede ꝓpitius ut in hoc altari ad q̃ indignus accedo, hostias acceptabiles offeram pietati tue ꝓ

peccatis & offensionibus meis, & pro omnibus fidelibus christianis, & oibus circunstãtibus, oibusq; mihi familiaritate uel cõsanguinitate ꝓiunctis oibusq; qui mei memoriam in suis ꝓtinuis orationibus habẽt & ꝓ eum sit tibi meum acceptabile uotum qui se tibi obtulit in sacrificium Iesus christus dominus noster.

¶ Item alia oratio.

ANte oculos tuos domine reus conscientie testis assisto rogare non audeo q̃ impetrare non mereor. Tu enim scis domine oĩa quæ aguntur in nobis, erubescimus confiteri, q̃ non timemus admittere. Verbis tantum tibi obsequimur corde mentimur, & quod uelle nos dicimus nolle, nr̃is actibus approbamus. Sed parce domine cõfitentibus, ignosce peccantibus, misere rogantibus te. Et quia meus sensus in sacramentis tuis infirmus est, & apud te non habemus uerba sine crimine presta domine ut sicut ex nobis indignis & peccatoribus duri cordis uerba non suscipis, ita ut ꝓ temetipsum nobis ueniam largiaris, Qui uiuis & dominaris in sæcula sæculorum. Am̃.

¶ Ad virginem glorioſam.

DOmine ieſu chriſte fili dei uiui qui ex uolũtate patris cooperãte ſpiritu ſancto mũdum p mortẽ tuã uiuificaſti. Libera dñe animã fa. tui a timore inimicoꝝ & locis penaꝝ. Libera dñe animã eius a fetore horribili & a dẽſis tenebris, fac eã dñe pleniſſime cõſequi am tuã: & ne patiaris eã umquã a te ſeparari, ſed intercedẽte p ea ſancta dei genitrice maria & oĩbus angelis & archãgelis patriarchis & pphetis apoſtolis martyribus cõfeſſoribus uirginibus uiduis & oĩbus ſanctis dignare eã p uirtutẽ & uexillũ ſancte crucis, & gloriã ſanctiſſime reſurrectionis inter tuos electos ãnumerari. Qui uiuis & regnas per omnia ſecula.

¶ Item alia oratio.

ROgo te sancte pater per nomen tuæ altissimæ maiestatis & tuæ clementissimæ paternitatis, rogo te per unicum filium tuum, rogo te fili per nomen dei patris, rogo te pater & fili per spiritum sanctum, rogo te sancte spiritus per patrem & filium, rogo te beatissima & gloriosa trinitas, & per substantię tuæ unitatem, & personarum trinitatem, & maiestatem, & diuinitatem, & omnipotentiam tuam, per thronum tuum, per nouem ordines angelorum, per cherubin, & seraphin, per thronos, & dominationes, per uirtutes, & potestates, per angelos, & archangelos, per millia millium, qui astant in conspectu tuo, per uiginti quatuor seniores, & per quatuor animalia clamantia, sanctus, sanctus, sanctus dominus deus sabaoth, per centum quadraginta quatuor millia innocentes & eorum sanguinem, qui effusus est, misereris aiæ famuli tui. I. Amen.

¶ Oratio.

PArce domine, parce animæ eius, & corpus tuum in ea nõ despicias, sed eam

ab inferis pro tua pietate liberare digneris. Amen.

¶ Rogo te fili per genitricem tuam gloriosam, per annunciationem tuam, per aduentum tuum, per incarnationem tuam, & per natiuitatem tuam, & per circunciſionem & baptiſmum tuum, per appariſtionem & oblationem tuam, per frigus tuum, & laſſitudinem tuam, per ieiunium tuum, & famem, & ſitim tuam, per tentationem, & victoriam tuam, per ſacratiſſimam cænam tuam, per traditionem tuam & patientiam tuam, & per omnes paſſiones, & anguſtias tuas, quas in carne pertuliſti, per illam triſtitiam quam habuiſti, quando dixiſti. Triſtis eſt anima mea uſq; ad mortem: rogo te ut ſuſcipias animam famuli tui, per uerba tui amariſſimi doloris quando clamaſti, hely, hely lamazabathani, miſerere animæ famuli tui. I. & da ei requiem ſempiternam: rogo te fili dei per ſanguinem tuum atq; ſudorem, per captiuitatem & uincula & nudationem tuam, per flagella & damnationem tuam, per purpuream & coccineam clamidem &

sceptrum arundineum, per colaphos & alapas. Per spineā coronam per irrisiones & contumelias tuas per damnationem tuā per quam innocens agne dei damnatus es per omnes passiones & dolores & angustias & miserias quas passus es pro peccatis nostris, miserere anime famuli tui. N. & libera eam de penis inferni. Rogo te fili dei per crucem tuam & per clauos tuos, & per quinq; uulnera tua, & per omnia membra tua assumpta de uirgine maria & per mortem tuam preciosissimam per sanctum tū spiritum quem in manus patris cōmendasti, cōmendo dñe animā famuli tui. N. ut liberare eam digneris ab omnibus penis. Rogo te fili per perforatū latus tuum. Per aq̄ & sanguinem ex eo manantem, per exequias tui sanctissimi funeris, per sepulturā tuā p descensionē tuā ad inferos, & p illas sanctas animas quas inde eduxisti ut educas animam famuli tui. N. ex omnibus penis. Rogo te fili dei p glorioſam resurrectionē tuā, & admirabilem ascēsionē tuā, & p illū honorem quo est exaltata caro tua quā assumpsisti ex beata uirgine maria. Rogo te

per illa sacra uerba gaudij quibus transiēs ex hoc mundo ad patrem consolatus es apostolos tuos dicens Non uos relinquam orphanos ueniam ad uos. Et per illam promissionem quam promisisti apostolis tuis quando ad cœlos ascendisti dicens. Vado ad patrem & mittam uobis spiritum paraclitum. Rogo te per illam uisitationem & consolationem qua consolatus es apostolos dicens. Pacem meam do uobis, & tristitia uestra uertetur in gaudium. Per uerba sacra letitie & consolationis. rogo te & moneo, ut qcquid anima famuli tui. N. in carne posita peccauit misericorditer remittere digneris, & eā in eterne saluationis partem restituas. Rogo te p aduētum recti iudicij ut liberes eā a morte eterna. Amen.

℣ Obsecro te p omnē pietatē & indulgētiā quā cōtuliſti uiuis & defunctis ab initio seculi usq; ad hodiernū diē, ut indulgētiam quā semp optauit anima famuli tui mereat accipere. Rogo te p amorē & honorē scē diuinitatis & illius dilectionis, quā hūit diuinitas ad humanitatem qñ eā degnissime assumpsit, & tu sancte deus, agyos otheos

yschirios athanatos eleyson ymas, ut miserearis anime famuli. tui. N. peccataq; eius dimittere digneris, & a contagio mortalitatis eam exue & societati sanctorum restitue Qui uiuis & regnas.

¶ Item oratio pro defunctis dicenda a transeuntibus per cimiterium.

AVete omnes fideles anime quorũ corpora hic requiescunt in puluere Christus qui nos redemit suo sacratissimo sanguine dignetur uos a peccatis & penis pro his debitis liberare, & angelorum choris sociare. Amen.

¶ Alia de eodem, de qua habentur quadraginta dies indulgentiarum.

AVete omnes fideles anime quorum corpora hec & ubiq; requiescunt, det uobis requiem ille, qui est uera requies. Iesus christus filius dei uiui, qui natus est de immaculata uirgine pro nostra omniumq; salute, & nos redemit suo precioso sanguine, benedicat uos & a penis liberet, faciatq; uos resurgere in die resurrectionis & iudicij, & angelis suis in cœlis associans secum sine fine gaudere. Ibiq; nostri memores e-

stote ut uobiscum associemur & coronemur eo cœlo. per eundem. Q ui uiuit &c. ℣ Requiem eternam dona eis domine. R. Et lux perpetua luceat eis. Pater nr̄ aue maria Aporta inferi. Erue domine animas. Oro.

DEus cuius miseratione anime fideliū requiescunt animabus famulorum famularumq; tuarū & omniū fidelium hic & ubiq; quiescentium, da propitius veniā peccatorum, ut a cunctis reatibus absolute tecum sine fine letentur. Per eundum christum dominum nostrum.

¶ Oratio pro conseruatione loci & salute congregationis.

DOmine iesu Christe pater omnipotēs qui elegisti locum istum ad seruiendum tibi, & ad tua precepta ibi custodienda, da nobis in hoc loco pacem & salutem mentis & corporis & concordiam & uerā charitatem, ut sobrij simplices & quieti ac unanimes precepta tua custodiamus. Concordet uita cum nomine, & prefessio seruetur in opere. Fac rectores nostros secundū uoluntatem tuam & necessitatem nostram ut te timeant & tua sancta precepta custo-

diāt & nos uera charitate diligāt & dirigāt.
℣ Custodi dñe locū istū ab oi pctō & ab oi bus insidijs diaboli: tu dñe q̄ ꝓgregationē istā ad gl̄ificādū nomē tuū in hoc loco adu nare uoluisti, da nobis angelū de cælo, q̄ ꝑ tegat nos ab oi detrimēto aīaꝝ nr̄aꝝ. o dñe ne respicias pcā nr̄a, sed p̄ces pijssimę mr̄is tuæ .s. michaelis .s. ioānis bap. & .b. apl̄oꝝ Petri & Pauli & alioꝝ, quoꝝ reliq̄ę hic hñr & oium sc̄tōꝝ, & adiuua nos in neēitatibus nostris. Q ui uiuis & regnas deus &c.
℣ Oro de adoratione crucis, dicēda in para sceues, & in utrisq̄ festis .s. ✠ & quotidie.
S Alue crux sc̄tā, salue crux gl̄iosa, salue mūdi decus, salue sceptꝝ diuine potētie salue dñice uictoriæ trofeū, salue inq̄ sūmi uexillū regis, sub cuius triūphū mors cas ptiua ducta est, i quo uita ꝓtinet eterna. Te supplex adoro, te humilis saluto, te intima deuotione gl̄ifico, tu eni spes unica salutis mee, tu singulare p̄ciū redēptionis mee, tu mihi iexpugnabile p̄sidiū ꝓtra oīa picula, tu mihi firmissimū scutū ꝓtra inimici iacu la, In te iuenio ꝓsciæ remediū, a te accipio sa nitatē aie & corpis, dulcis arbor, dulce to-

bũr, dulce lignũ, dulcẽ gerẽs fructũ, q̃ meruisti ferre talepõdus, dulce latus, dulcis lãcea, dulces palme, pedes, & ĩ utrisq; claui. O sacr̃ sũme ꝓpiciatiõis altare, ĩ quo pacta est expiatio mũdi., o triũphale signũ, ĩ quo debellati sũt pricipes & ptãtes tenebrar̃, o iustissima supne clemẽtie statera in q̃ ꝓsolutũ est debitũ captiuitatis antiq̃, & acqsita est hũano gñi ẽterna redẽptio, tibi laus, honor gloria, uirtus, & excellẽtia, te fauor extollit angelicus, te ꝓphar̃ ꝓsonat chorus, te p̃dicatio nũciat apl'or̃, te multiplex triũphus attestat martyr̃, te uenerat confessor̃ claritas, te ṽginũ cõmẽdat itegritas, te lector̃ oium piæ colũt p̃ces. Salue obsecro, & ꝓtege me cultorẽ & ueneratorẽ tuę adorãde maiestatis, esto mee prauitatippetua defensio ꝓtra oẽs tẽpestates & turbationes, ne timeã a timore nocturno, & a sagitta uolãte &c. ne me ꝑ diẽ sol urat neq; luna ꝑ noctẽ, ne ad me uastator angelus accedat, sed ut tuo suffectus, adminiculo p̃tis uite mare magnũ & spacioſũ, ubi reptilia &c. ubi sathã draco innatat, absq; naufragio aĩe trãseã & ad portũ q̃etis eterne, felici potius statõe pueni

am:per eum qui pependit in te Iesum chri stum dominum nostrum. Qui cum patre & spiritu sancto uiuit & regnat.

¶ Oratio.

SAnctifica me domine hoc signaculo sã cte crucis:ut fiat mihi obstaculum con tra seua iacula inimicorum omnium defen de me domine per lignum sanctum:ut per precium iusti sanguinis tui cum quo nos redemisti,Qui uiuis & regnas.

¶ Alia oratio de eodem.

CRucem tuam adoramus domine:& sã ctam resurrectionem tuam laudamus & glorificamus Ecce propter crucem ue nit gaudium in uniuersum mundum do mine Iesu Christe uexillum tue crucis ado ro:ut per uirtutem illam quam operatus es in cruce animam meam & corpus meum ab omni malo:& ab omni persecutione ini micorum uisibilium & inuisibilũ me sal uare digneris.Qui uiuis & regnas.

¶ Oratio.

SAncta crux christi p te redẽptus sum per te mereat ueniam & indulgentiam percipere peccatorum meorum. Sancta

crux

crux salua me, quia in te passus est saluator mundi. Salua me Christe saluator per uirtutem sancte crucis, qui saluasti Petrum in mari miserere mei. Crux domini mecum. crux est quam semper adoro. Crux mihi refugium. Crux mihi defensio. Crux mihi uita & protectio atq; ad introitum in presenti uita & in futuro iudicio per infinita se. secula rorum. Amen.

¶ Inuocatio sancte trinitatis optima cum quis aliquid uult incipere.

NOmen dei patris & filii & spiritussancti sit benedictum in me. Fac mihi domine queso ut sit fides firma in corde. galea salutis in capite, signū sancte crucis in frōte uerbum ueritatis in ore: uoluntas bona in mente: Dilectio dei in pectore: precinctio castitatis i circuitu, honestas in actione, sobrietas in conscientia humilitas in prosperitate spes in creatore, amor uite eterne, & perseuerantia in bonis operibus usq; in finē. amē

¶ Oratio dicenda quando quis uult iter incipere, quando domum exit dicat.

DEduc me domine in uia tua, ingrediar in ueritate tua, letetur cor meum ut ti-

meat nomen tuum. Pr nr. Auema Anti. In uiam pacis & salutis ac prosperitatis dirige dñe gressus meos, & angelus tuus bonus comitetur nobiscum ad dirigendum pedes nostros in uiam pacis, ut cum salute & pro salute & prosperitate eamus & redeamus ad ppria p. Bñdictus dominus deus israel. Antiphona. In uiam pacis. Kyrieleison. Xpeleison Kyrieleison. Pater noster Et ne nos inducas. Præces. Benedictus dominus die quotidie. Prosperum iter faciat nobis deus salutarium nostrorum. Deus noster deus saluos faciendi. Et domini domini exitus mortis. Homines & iumenta saluabis domine. Quemadmodum multiplicasti misericordiā tuā deus. Nihil pfitiat inimicus in nobis. Et filius iniquitatis nō apponat nocere nobis. Esto nobis dñe turris fortitudinis. A facie inimici. Domine exaudi oronē meam. Et clamor meus ad te ueniat.

¶ Oratio.

ADesto dñe supplicationibus nris & uiam famulorum tuorum in salutis tue prosperitate dispōe ut iter oēs uie & uite huius uarietates tuo semp ptegamur auxilio.

¶ Oratio.

¶ Protector in te sperantiū deus, sine quo nihil est ualidū, nihil sanctū, multiplica su p nos misericordiam tuam ut te rectore, te duce sic transeamus p bona tpalia, ut non amittamus æterna. Deus qui miro ordine angelo4. ¶ Deus qui beatos tres magos orientales Balthasar, Melchior, Gaspar ad tua cunabula, ut te misticis adorarēt mune ribus stella duce sine oi impedimento ad te duxisti. Cōcede ꝓpitius, p ho4 trium regū pias cōmemorationes nobis immeritio famulis tuis, in hoc itinere quo ituri sumus sanitatē, ꝓsperitatē, tranq̄llitatē, iocunditatē, gr̄am & pacem, ut te ipso uero sole, uera stella lucēte ad loca desiderata ꝓuenire ualeamus cum salut.

¶ Contra raptores.

DEus meus de manu inimicorum extolle me & libera me propter nomen sanctū tuū ab his q̄ appropriāt mihi, qm̄ inter multos eras mecū, deus meus adiutor meus, deus meus refugiū meū, deus meus liberator meus. In hoc cognoui qm̄ uoluisti me, q̄a nō gaudebit inimic'me' sup me.

¶ Contra tempestates.

TItulus triumphalis, iesus nazarenus rex iudeorum defendat me. Ecce crucem domini: fugite partes aduerse, uicit leo de tribu iuda radix dauid alleluia. Kyrieeleison Christeeleison. Kyrieeleison. Pater noster. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te ueniat. Oremus.

OMnipotēs sempiterne deus, parce metuentibus propiciare supplicantibus, ut post noxios ignis nubium & uim procellarum ad gloriam tue laudis transeat cōminatio tempestatis. Per christū dominum nr̄m.

¶ Alia oratio.

ADomo tua quesumus domine spirituales nequitie repellantur & aerearum discedat malignitas tempestatum. Per christum dominum nostrum. Amen.

¶ Incipiunt orationes beati Augustini doctoris ecclesie sancte ad sanctam trinitatem per ferias hebdomade distincte & de libris doctorum excerpte.

¶ Dominica die oratio eiusdem.

ADesto mihi uerum lumen deus pater omnipotens, Adesto mihi uerū lumen

de lumine, uerbum dei, filius dei, deus omnipotens. Adesto mihi uera illuminatio sancte spiritus patris & filij unitas & sanctitas charitas deus omnipotens. Adesto mihi o una trinitas pater & filius & spiritus sanctus deus omnipotens. Inuocat te domine fides mea quam dedisti mihi propter bonitatem tuam ad salutem meam. Inuocet te domine deus meus utinam casta conscientia mea & suauis amor fidei mee, quam decussis ignorantie tenebris ad ueritatis indulgentiam perduxisti. Inuocat te trinitas beata uox clara & sincerus amor fidei mee qua ab ipsis enutriens cunabulis illuminasti semp per inspirationem gratie tue quam adaugens cõfortasti me per mysterium predicationis sãcte matris ecclesie, quãdulcis est in ore meo quamsuauiter sapit in ipso palato gaudiorum anime mee quamfortiter quam cerebro pulsat mentem meam, & fouens fouet omnes sensus meos & interiora mei spiritus ut te laudare delectet, ga fecisti nos ad laudandum te. Qui enim adheret deo unus spiritus est cum eo, Fugiam itaq; domine et libenter fugiam obstrepentes tumultus

trem per filium, rogo filium per patrem, rogo spiritum sanctum per patrem & filium ut & omnia uitia elongentur a me, & oēs sancte uirtutes plantentur in me, quatenus acceptabile tibi fiat sacrificium laudi fidei meæ deus meus, & ad te descendat in odorem suauitatis, obsecro te & misericordiā tuam supplex imploro, cunctorum fons & origo largitor & conseruator omnium uirtutum deus, adauge fidem sanctam & rectam & immaculatam, fidem feruentem & inseparabilem quæ in me omne quod tibi placet per dilectionem & humilitatem operetur quæ uinci nequeat uerbis alterationis in tpe persecutionis, ut in die necessitatis scrutans corda & renes coram te est sanitas & infirmitas mea. Illam præcor serua, istam sana. Coram te est sciētia & ignorantia mea, ubi mihi apuisti suscipe intante ubi clausisti suscipe & aperi pulsanti ut audiēs intelligā te, itelligēs diligā te, & diligēs laudē te, atq; in toto cordemeo desidrē pulchritudinē uisiōis tue semp inspicere

¶ Oratio ad sanctā trinitatē sci Augustini.

¶ Feria secunda.

TRina unitas & una trinitas. Cuius potentia gubernat omnia, regit omnia, implet omnia, creat omnia. Te cuncta magnificat. Te omnes spiritus laudāt, te adorant, te benedicunt. Omnia beatorum spiritum agmina & supernorum ciuium tibi mater ecclesia in toto orbe offert præces, & incessanter tibi decantat laudes. Te ergo ultimus seruorum tuorum laudo & benedico, mens mea iubilat tibi & omnia ossa mea clamant. Quis similis tui domine, tu es enim uerus deus colendus & ueneran-dus & honorandus timendus, & amandus cum omni deuotione domine deus noster: quia cum nō essemus potenter fecisti nos. Cum perditi fuissemus culpa nostra pietate & bonitate tua reparasti nos. Vnde confiteor tibi rex cœli & terre honorificabo te sacrificio laudis. Sed quia nihil nisi de tuo acceptabile tibi offerri potest tu deus in cuius lumine lumen uidemus da quæso lu-cem in corde. Da uerbum in ore, da menti cœlestem conscendere sedem: da fontem lustrare boni, de luce reperta in te conspi-cuos defigere uisus. Et quoniam altera

ſ ars ſumus cœli: altera terre diſſipa quæſo terre nebulas & pondera moles atq; tuo il lumina ſplendore obſcuram interioris ho minis mei faciem. Siſte uagas mentes per deuia multa ruentes. Subde corpus animæ atq; me intus & exterius p omnia tue ſub/ de uoluntati, ut uniuerſis, ſuo bene compo ſitis ordine, per gratiam tuam perfecte dili gere & digne laudare ualeam labijs corde omniq; qua ualeo uirtute clamãs ad te ita dicens. Sancta trinitas & indiuidua unitas pater & filius & ſpiritusſanctus unus deus omnipotens creator omnium deus qui fe/ ciſti omnia cœlum terram mare & omnia quæ in eis ſunt in cuius manu & poteſtate cuncta conſiſtunt in tuam ſanctiſſimam ac pijſſimam & ſingularem cuſtodiam com/ mendo animam meam, corpus meum & ſenſus meos cum omnibus actibns meis, ut me a malignis ſpiritibus & immundis ac prauis & uanis cogitationibus ſemper & potenter eripias emundas & defendas ſi mul & ab omnibus peccatis & iniquitati/ tibus meis me miſericorditer purifices & ab oibus hoſtibus uiſibilibus & inuiſibili/

bus & periculis in tua uirtute defendas & in eorum poteſtatem nūquā uenire me permittas neq; hic neq; in futuro. Sed miſericordiam tuam magnam et gratiam ſempiternā in omni loco et in omni tēpore ſemp adeſſe mihi clemēter et dignāter cōcede.

¶ Oratio ſancti Auguſtini ad ſanctam trinitatem. Feria. iij.

CONfiteor te patrem & filium & ſpiritum ſanctum in perſonis trinū: in ſubſtantia unum uerum deum omnipotentem: uiſibilium & inuiſibilium creatorem. Te quidem confiteor patrem ſumme bonitatis & totius deitatis, primū ex nihilo omnia ducentem, ſed principium dantem. Credo & confiteor non corporali progenie: neq; extrinſecus neq; ex neceſſitate neq; uolūtate ſed natura filium generantem. Confiteor & filium ex patre ſine initio genitū ineffabiliter: uerum deum unigenitum: per quem omniamfacta ſunt & uerū dei patris uerbum non factum: nō creatum: non adoptatum, ſed genitum, & unum cū patre in ſubſtantia, ita equalem cum deo patre, ut tu ipſe nec gradu nec poteſtate poſſis eſſe in

ferior nec diuine generatiõi aliquod tẽpus ascribo :quia semper fuit pr̃. Nũquid ergo nõ fuisti filius. Te quoq; spiritũ sanctũ uerũ deũ nõ factum nõ creatũ non genitum sed ex patre filioq; inenarrabiliter procedentẽ. Igitur domine deus trine & une scientie lumẽ accẽde ĩ corde meo quod te diligere merear trinũ & unũ sicut es trinus & unus deꝰ et ignorãtie tenebras magis ac magis remoue a me, ut spiritualiter uideã quãtũ possibile est humane fragilitati. Da mihi in uia hac q̃ te duce gradior ut itelligã, & intellectũ in spira mihi, & semp doce p̃ gratiã tuã q̃liter in te irrep̃hẽsibiliter sit credendũ ut te unũ deũ eternaliter sapiã & incõprehẽsibiliter trinũ p̃sonaliter capiã. Reliq; uero sacramẽta q̃ tenẽtur in ecclesia tua stupenda sunt & uenerãda. Sed illud tuũ sacr̃m p̃recellit uniuersa. Hoc nẽpe indiuidue trinitatis mysteriũ, et illud celestis mẽse sacramẽtũ quod fideles & pias animas pascit carne & potat sanguine, ut neq; esuriant neq; sitiãt in eternũ. Fac ergo me domine deus meus pura & simplici cõscientia illa precipue inter cetera sentire credere, sumere & retinere. Ne-

finas quæso domine fidem meam in eis aſſ
quatenus uacillare, ſed ita ſemper in eis &
de eis pro tua tribuas pietate mihi crede
re & intelligere ſicut ueritas ſe habet. In
tret cor meum gloria tua quæ ibi ſine ſo
no & ſine ſtrepitu uerborum loquatur om
nium tãtorum miſteriorum ueritatem dul
cẽ & dulcedine intus ubiq; foris & undiq;
infundat animam meam illa gratia uirtu
tum & iudex omnium ueritatem, & ſic ir
radiando & ſoporando eam in ipſo uerita
tis centro ſtabilitet atq; confirmet ut neq;
poſſim de tantis miſterijs aliter ſentire niſi
ſicut decet & oportet. O omnipotens bon
tas cuius pietatis aures ipſis paupex tuo
deſiderijs patent intellige clamorem filij
tui. Præſta domine ut ipſo mentis palato
ſumme guſtem & ſapiam hæc ineffabilia
ſacramenta. Magna enim ſunt & mira ual
de, & ego paruulus in eorum conſideratio
ne deficio quotiẽs ad ea intuenda fidei ocu
los attollo. Sed quia miro modo utraq; no
bis neceſſaria ſunt ad ſalutem auctor inuiſi
bilium creaturarum qui es ſumma ſubſtã
tia & una diuinitas atq; perſonarum nera

& perfecta trinitas. Te deum patrem exoro ex quo omnia, & filium tuum per quē omnia ſimulq; ſpiritū ſanctum, in quo omnia, te deum meum unum & uerum in trinitate confiteor quo creati & liberati & illuminati ſumus. Supplex oro tantorum auidus myſteriorum lacta mē nutrire, & in menſuram etatis uſq; ad perfecti uiri meam extende exiguitatem, ut ſolidum hunc perfectorum cibum capere ualeam, impfectum enim meum uiderunt oculi tui.

¶ Oratio ſancti Auguſtini ad ſanctam trinitatem.

¶ Feria ſecunda.

DOmine da nobis te rectore te duce inter ſcillam & caribdin iter cernere per medium, ut integra naui & ſaluis mentibus peruenire poſſimus ad te portum tutiſſimum. Fœlix anima quæ iam terreno ſoluta carcere libera cœlum petit, quæ beatis iam admixta ſpiritibus maieſtati tue ſecura nunc aſſiſtit, quia te iam incircumſcriptum lumen cernit, quæ nullo metu mortis uel hoſtis afficitur, quæ incorruptionis perpetuo munere lætatur, utinam ita ſucce

dat & mortale hoc iduat immortalitatem. Nunc enim hanc diuitie iactant, paupertas deiicit iuuentus extollit, senectus incuruat & infirmitas frangit, mœror deprimit, & post hæc omnia mors interimit, uniuersis gaudijs finem imponēs. Iamq; aduenias & aduolet illud regnum obsecro carens morte, uacans fine cui nulla tpa succedunt perenuum, ubi ꝑtinuus sine nocte dies, nescit habere tps, ubi illi angelo4 hymnidici chori & supno4 ciuium societas, ubi dulcis solēnitas ab opere generationis huius tristi labore redempta. Ad horum sanctam frequētiam & tue inspiciende pulchritudinis mēsuram, & sine fine lætitiam, fac me domine deus toto corde intendere, uiriliter currere & fœliciter puenire. Interim dum maneo in isto corpore, in his semper meditationibus mentem meam bonorum insinuator exerce. Munda igitur cordis intuitum & mentis affectum. Accende cœlesti igne animum ut te solum amem, te solum in corde habeam, & in ore, qui es futurus nobis sine fine præmium, & ut pondus mortalitatis meæ le-

ius feram. Da lumen in corde, da uerbum
n ore, aperi sanctaq; secreta scripturarum
profunda mysteriorum regni tui regni ui
ceribus meis propina. Da ex amore tuo la
chrymas, da fidei uirtutumq; pēnas, q̄bus
ndutus rursus ad te uolitem, & prorius
cœlum petam hoc p̄ te, de te in te cōfiteor.
O beata & benedicta & gloriosa trinitas. O
uera summa sempiterna unitas pater & fi-
lius & spiritussanctus. Confiteantur ergo
tibi dñe omnia opa tua & sancti tui benedi
cant tibi. Et confitendo resipiscant. Nō ces
sent a laudibus tuis peccatores quoq; unus
ego licet in peccatis præmor corde tñ desi
deranti tuas decāto laudes. Sed si nō ea quæ
debeo laude & dignitate, facio qua ualeo
facultate, respice quæso sereno uultu, ad
hoc meæ exiguitatis obsequium, & propi
tiabili dignatione accipere tantillum sacri
ficium p̄fessionis fidei meæ ut ad te redeat
qđ a te uenit non respiciens ad illud tñ q̄p
indeuotus offero quantum ad ea quæ de-
uotissime dicere uolo, quicquid te decet uel
non offendit, ut cognoscat anima mea.
utinā possim offerre talia qualia illi hymni

dici chori angelorum. O quam libenter tu is in laudibus me totum infunderem & lu culenter in medio ecclesiæ carmen tuæ glo riæ infatigabiliter perorarem. Sed quia ut illi nequeo, prorsus tacebo. Ve domine ta/ centibus de te, qui ora mutorum soluis, & linguas infantium facis disertas. Verum quia paruulis licet balbutire, suscipe sacri ficium de manu lingue meæ de cordis amo re, sed ignosce domine rogo indigniſſimo & infœlici tecum de te diutius loquẽti ser uo. Ignosce pie quia non temeritate præ/ sumptionis, sed auiditate tui desiderij has orationes assumpsi ut breue & manuale ver bum de te semper haberem ex cuius lectio ne quotiens tepesco in tuum reaccendar amorem. Sumus enim in medio laqueo/ . um positi, & ideo facile refrigescimus a / cœlesti desiderio, unde indigemus assidue monumento quo expergefacti ad te nr̃m uerum summumq; bonũ cum defluimus recurramus. Q ui uiuis & regnas. Amen.

¶ Oratio sancti Augustini ad sanctam tri/ nitatem.

¶ Ferla quinta.

Deus

DEus lux uera quæ ſine acceſſu ea quæ eligis illuſtras & ſine receſſu ea quæ reſpuis deſeris. Deus cuius unigeniti, fides nos excitat, ſpes erigit, charitas unit, deus qui petere iubes & inuenire facis & pulſantibus aperis. Deus a quo auerti "cadere eſt, ad quem redire reſurgere eſt, in quo manere conſiſtere eſt. Deus quem nemo amittit niſi deceptus, nemo quærit niſi monitus, nemo inuenit niſi purgatus. Deus quem neſcire mors eſt, quē noſcere uiuere eſt, quē ſpernere perire eſt. Cui ſeruire regnare eſt te laudo te benedico atq; adoro tue clemētie atq; bonitati gratias agens pro uniuerſis donis ac beneficijs tuis atq; datis & pro omnibus beneficijs miſericordie tue quæ animæ corporiq; meo largiris & ſemper largitus es a pueritia & a cunabulis meis & ꝓpter te & nomen ſanctum tuum. Da igitur domine mihi rogo ſpacium locumq; & fructus dignos pœnitentie. Da cor contritum & humiliatum, da grām lachrymarum. Da lumen in corde, uires in corpore, ut quæ agenda ſunt uideam & ad ea implē da quæ de eis uideo fortiter conualeſcam.

Miserere mei domine miserere me. Ne perdas me queso cum peccatis & negligentiis meis. Da mihi propter nomen tuum tu qui iustificas impios & uiuificas mortuos, & mutas peccatores gratiam tuam & emunda uitam meam, meliora actus meos. Compone mores meos: tolle de me q̄ tibi displicet & mihi nocet: & tribue pro bonitate tua quod nosti tibi placere & mihi prodesse. Fac me precor clamantē domine per gratiam tuam talem cui omne possibilia sunt ut placere ualeam coram oculis tuis in ueritate. Tuam piam non abhorreo medicinam. Sum enim ualde infirmus queso medere languores meos: excoque scoriam peccatorum meorum usque ad̄ purum priusquam ab eam modis quibus tibi uidetur. Sed rogo domine p̄ tuam misericordiam & rogare non cesso quod nimis desidero. Mollifica cor meum durum & lapideum tua mirabili unctione. Mollifica me precor & fac me per ignem cumpunctionis hostiam uiuam coram te quottidie fieri. Respice in me domine & miserere mei da mihi effectum pe

titionis & desiderij mei. Da capiti meo aquam immensam, & oculis interim infunde fontem lachrymarum iugiter manantem ut pro uulneribus anime mee indesinenter diebus ac noctibus defleam, donec tempus acceptabile: donec dies est salutis donec ualeam flere mala quæ feci & quottidie facio ut per labores penitentie uita eterna perfrui merear cum bonis uel ultima saltē portione cum illo latrone uenerabili, qui per unum uerbum factus est heres paradisi in ipso mortis articulo: quem propter multitudinem misericordie tue & bonitatem exaudisti. Exaudi pie iesu preces serui tui: reminiscere miserationum tuarum: quibus mirabiliter & misericorditer subueniſti humão generi ꝑpter bonitatē tu ā qm̄ nos amasti pastor' bone ꝙ ꝑprio filio tuo nō pepciſti sed ꝑ nobis impijs tradidisti eū' subditus ille fuit tibi usq; ad mortē: mortē aūt crucis ꝑ nobis victor tibi fact' ē victia sacerdos et sacrificiū merito mihi ualida spes ī illo est ꝙ sanabit cēs lāguores meos: ꝑ eū ꝙ sedet ad dexterā tuā et iterpellat ꝑ nobis. Despare utiq; possem

nisi uerbum tuum caro fieret & habitaret in nobis. Si enim cum inimici essemus, reconciliati sumus tibi p̄ mortem filii tui q̄to magis nūc salui facti sumus ab ira p̄ ip̄m. Gratias itaq; ago tibi indulgētissime pater, pro sancta incarnatione passione morte & resurrectione, & in celum ascensione domini nostri iesu Christi filii tui. Benedico nomen tuum totis uisceribus meis pro illa sacratissia sanguinis effusione qua sumus redempti. Imploramus ineffabilem misericordiam tuam ne permittas nos esse ingratos de tantis beneficiis nec indignos tam multis miserationibus. Sumus enim pars tua non uilens, quos placuit tibi tanto redimere precio. Q ui uiuis & reg. Amen.

¶ Oro sancti Augustini ad sanctā trinitatē

¶ Feria sexta.

DEus ineffabilis & incircūscripte nature, institutio; omniū rex dñi nostri iesu xp̄i p̄, q eundē filiū tuū dilectū de sinu tuo misisti ad publicū nr̄m suscipe uitā nostrā ut nobis donaret suā. Essetq; pfectus ex p̄re & pfectus homo ex mr̄e totus deus, & totꝰ hō unus & idē xp̄s eternꝰ et tēporalis im-

mortalis & mortalis creator & creatus, fortis & infirmus nutritor & nutritus, pastor & ouis temporaliter mortuus, tecum in eternum uiuens, dator uite eterne municipium promittens dedit nobis & dixit. Quod cū q̄ petieritis patrem in nomine meo dabit uobis, Obsecro itaq; domine, & nimis piū rogo te in nomine dulcissimi filij tui, ut des mihi cum eodem filio tuo te in omnibus benedicere & glorificare, quia quorum una est substantia, unum est & datum. Des ergo per illū & cum illo peccatorum meorum ueniam & mādatorum tuorum custodiam, dilectionem filij tui & firmum amorem contra dyabolum fortia humilitatis arma & erga fratres ueritatem perfectam & charitatem inextinguibilē temperantiā cibi potus & somni & totius anime desideriȷ cōtinentiam, auditum castum, simplicē uisum, puritatem cordis, munditiam corporis & cogitationem mūdam, oris cordisq; custodiam, ut nec corpus intus iniquitatem concipiat, nec lingua foris periuret, nec falsa loquatur, nō taceat uera nec saluti fera abscondat, nec mortifera proferat. Pre

cor etiam te ut des mihi assiduitatem orandi, uires ieiunādi, frequentiam legendi, ut precepta tua infatigabiliter legam quod est rectum teneam, quod deforme deponā, quod pulchrum excolam, quod sanum seruem, quod infirmum corroborem, & omne quod tibi placet custodiam perseueranter. Des mihi insuper despicere tēporalia & totis uiribus eterna diligere, & mortuus mihi displiceam & tibi uiuam, non gaudeam nec lugeam de temporalibus, nec metuam quod temporale est, non blandis corrumpar, neque aduersis deijciar rogo ergo pater clementiam tuam in nomine filii tui circuncinge me augmento, perfectioneq; uirtutum, iliumina sensum & animā, ut illud a te petā quod te delectat audire. Doce me quid cogitare quid agere quid loqui, quid tacere debeam. Da mihi prudentiam, fortitudinem iustitiam, atq; temperātiam, Da discretionem discernendi inter dexteram & sinistram. Da sensum uigilem & prouidum intellectum ut possim bona & mala discernere. Aufer a corde meo alienationes, cura in me stuporem mentis strpa

in uiſceribus meis utilia, & eradica iniqta tes. Recipe de lingua mea detrahendi ꝓſue tudinē, mentiendi facilitatē, loquēdi ſcurri litatē, & oēs actus uanitatis arte tue mœdi cine ſana in me. Da mihi ꝓfectionē in mo ribus, tene me uirtute oīpotētie tue, & nō ſi nas uagari ꝓprij arbitrij libertatem, iuxta prudentiam tuā diſpone oēm uiam meā in tua uoluntate, aiam hanc peccatricem ꝓ qua mortuus eſt xp̄s, nō ꝓmittas ꝓire. Fre num tuum in maxillis meis pone & tanq̄ manſuetudinē trahe me poſt te. Tu enim cuncta quæ mihi expediunt noſti, non mi hi, non dyabolo, non mundo, non alicui alio licet tua dona ſubuertere, quia totum fragile eſt qđ tibi nititur obuiare. Feciſti enim mecū miſericordiam tuam multam ꝓfice qđ cœpiſti. Da mihi ſemp ubiq; ꝓtra hoſtē crudeliſſimū tue pie defenſionis aux xiliū, ut ſicut fragilitatē meā ille i mundus nō ceſſat petere, ita tuis cogat uir bus abſce dere, p̄ſta ut ſim paruus, & oculis meis co rā te inueniā gr̄am. Adauge mihi firmā fi dē ſpē incōcuſſam, charitatē, humilitatēq; ꝓfectā, patientiā inuictiſſimā, corporis &

animæ castitatem perpetuam, da mihi cordis contritionem, lachrimaq; fontem, simplicem da innocentiam, puritatem cordis, conscientiam rectam, & integritatem mētis, da uires & uirtutes ut uictor mei in cūctis existam, dominet me ratio, & rōni domine tur gratia tua, ut non uiuam bestialiter, raptus impetu carnis, sed sit cōuersatio mea modesta & rationabilis, fac me pudum & in cunctis discretum, tribue mihi nulli occasionem scandali præbere simplicitatem, & ueritatem diligere, & instanter ea quæ sunt pacis seq. Per dñm nostrum &c.

¶ Oratio sancti Augustini ad sanctam trinitatem. Sabbato.

PAter oium bonoq; deus pater, cui nunq; sine spe misericordię supplicat cū filio & spiritu sancto, da qđ a te desiderat aia mea & qđ a te postulat mens mea, quoq; enim una est substantia, unum est & datum, una opatio, unum donum, unaq; potestas, longe fac a me dñe oēm hipocrisimoēm simulationem, & fac me tibi seruire in ueritate. ꝓcede quæso, dona aiæ ut alacri corde obuiam tibi cōcurrere ualeam; excita, corpus

meum ſtimulis tuis, & fac me ſtrenue ꝓſe
uerare in præceptis & laudibus tuis die ac
nocte, da mihi ſciẽtiam humilem quæ ꝓdi
ficat, linguam eruditam & eloquẽtem ut &
bonos ualeam ad meliora exortari, & ma-
los ad rectitudinis lineam reuocare. infun
de quæſo cordi meo ſpiritum ſapiẽtiæ & in
tellectus, ſpiritum ꝯſilij & fortitudinis, ſpi
ritum ſciẽtiæ & pietatis, & reple me sãcto
timore & amore tuo. Da irriguũ ſuperius
& irriguum inferius. Da mihi benedictio-
nem de rore celi & pinguedine terre abun
dantiã. Da ut anima mea ardeat igne amo
ris tui. Fac me mundo penitus extingui.
Concede mihi cor conritum & humilia-
tum ſemper habere corã te. Fac me ꝑ gra-
tiã tuã pecata mea delere antequã moriar
da mihi tota anima & totis uiſceribus me-
is exquirere faciem tuam ſemper. Infunde
dilectionẽ tuam pectori meo & ſcribe dul-
cem memoriam tui in tabulis cordis mei.
Illuſtra me celeſtis patrie luce & imaginẽ
tue prudentie non ſinas in me obfuſcari.
Concede mihi fragiliſſimo ſanctorum pa-
trum imitari ueſtigia. Da mihi manſuetu-

dinem modestiam tolerantiam: benignitatem pauptatem atq; longanimitatem cordis ꝓtritionem: & fontem lachrymarum cibi potusq; abstinentiam l abiorum mundi tiam spirituale gaudium: & mundi cõtemptum. Maxime a te domine charitatem efflagito animæ & corporis pudicitiam si ut illis feciſti. Precor te per filium tuum respice in me & miserere mei exaudi orationem meam & da mihi scientiam propter multitudinem benignitatis tue quæ mecum iugiter perseuerans doceat me intercedere in misericordia coram te & uoluntatem tuam in omnibus diebus uitæ meæ implere. Hãc rem peto quæ cum amicis pacificum: & cũ inimicis reddat trangillum quæ me a ꝓbo aspo mitiget: & ab ocioso sermone cõpescat, quæ me semp deum uel quæ dei sunt cogitare cõpellat. Et oculos meos ab isto uano sæculo auertat quæ mihi horam mortis ante ꝓspectum ingerat, & hoc gaudere ꝓhibeat, quę molem peccatoꝝ meoꝝ ꝓsiderare & plangere faciat, & nonalioꝝ delicta uel festucam leuissimam ꝓscrutari, postremo oia mũdi ꝓ nihilo habere. Et sicut piis

Tima misericordia tua dedisti uoluntatē mi hi ueniēdi ad te sic p illam mihi donare di gneris sapiam & intellectū uirtutē benigni tatē & magnā gr̄am tuā sine qua nec log nec agere aliqd boni ualeo. Et qa ipse uni genitus tuus dixit. Nemo uenit ad me nisi p̄r qui misit me traxerit eū & nemo uenit ad p̄rem nisi p me, obsecro sc̄tē p̄r & deus nr̄ trahe me tu ad ipsum, & ipse me pducat ad te illuc ubi ipse in dextera sedēs est ęter na uita ubi est amor pfectus timor nullus dies eternus & unus op̄s deus, qui ui. &c.

¶ Sequunt or̄ones quędā deuote multum ad beatissimā uirginē mariā dicēde in eius solēnitatibus aut in diebus sabbatinis, & p̄ serti i eccl̄ijs ipsi btissime ✠ gini p̄secratis.

LOquar ad cor tuum, o maria speculum claritatis angelice. Loquar ad cor tuū mūdum dña mūdi, & adorabo ad tēplū san ctū tuū ab interioribus aiæ meæ. Saluto ex itim. s p̄cordijs meis imaculatū cor tuū qđ primū sub sole fuit dignū suscipe egrediē tē de sinu p̄ris unigenitum dei. salue san ctuarium singulare qđ dedicauit sibi deus in spūsco, salue sc̄m sc̄oꝝ qꝑ dedicauit sum

mus pontifex celorum mirabili & inefabi
li introitu suo salue archa sanctificationis,
continens in te scripturam digiti dei, salue
urna aurea habens celeste manna plenum
delitiis angelorum in te dulce conuiuium,
in te omnes delitie, in te electuarium & sa/
por omnis gratie. Salue cor uirgineum san
cte trinitatis inuiolabile sacrarium & nobi/
lissimum receptaculum & triclinium i quo
diuinitas humanitati unita est per amoris
osculum Iubilo sempiterno implearis, tu
concha smaragdina, cuius uiror nunquam
expalluit quæ superno regi nostram salutē
sitienti probatissime fidei dulce nectar pro/
pinasti in illa hora qua ad salutationem ar
changeli eructasti uerbum bonum dicens:
ecce ancilla domini fiat mihi secundum uer
bum tuum. Magnificet igitur omnis anima
te Maria dulcedinem & beatitudinem tui sa
cratissimi cordis, unde nostra ꝓfluxit salus
collaudet omnis lingua per eterna secula
seculorum. Amen. Saluete oculi uirginei oī
um oculorum felicissimi, qui splendorem
patris eterni obumbratum carne meruistis
uidere letitia ineffabili i, forma paruuli pre

filiis hominum ſpecioſi. Saluete aures uirginee quæ meruiſtis audire angelorū choros laudibus extollentes infantem cœlum terramq; regentem, & patris ſuauiſſimum uerbum caro factum uagiens inter arta p̄ſepia poſitum letitiamq; plorantem, omnēq; lacrimam ab oculis ſanctorum abſtergētem. Saluete nares uirginee haurientes diuini flatus ſpiramen, quod uaporauit ex ore deifici paruuli. O caminus ille i quo ardēt ſeraphin. O paradiſus uoluptatis. O diuina pectoris amatoria refrigeratrix, quātis pulſibus amoris concuſſum eſt cor tuum cum uiuificus ſpiritus dei tanquam auſter te'per flauit et ſpiritum tuum totum ſibi attraxit. Salue os uirgineum ad oſculandum & ſalutandum dei fili ſuper omnia digniſſimū, blandiens diuino infantulo reſidenti in tuo uirginali gremio & demulcens ut paruulū angelorum dominum, adoranſq; creatorē omnium prolem ex propriis uiſceribus genitum. Saluete manus uirginee quæ meruiſtis attractare, & ulnis trementibus baiulare deum, quem cœli non poſſunt capere, panemq; angelorum paſcere in humana eſu-

rie. Saluete ubera uirginea, quæ rex cœlo/
rum qui pascit omnia suxit de te o uirginũ
pulcherrima. Saluete pedes uirginei: perfe
cte sequentes uestigia filii dei in charitate ĩ
separabili: quia ipsa mortis calamitas te ma
trem nõ disiunxit a filio: sed transfixa mor
te unici pignoris iuxta crucem stetisti im/
mobilis. Saluete uirginei corporis mẽbra
singula diuine operationis instrumẽta no/
bilissima manu sapientie excisa: quæ iniun
cta sancte trinitatis officia ad impleſtis in
summa reuerẽtia. O uirgo beatissima & oĩ
laude dignissima mater iesu Christi carissi/
ma per omnia quę beatissima trinitas in sã
ctissimis membris tuis operata est magna
lia sup oĩa eius opera, & p illud ineffabile
gaudiũ qđ ĩ cõceptu & in ptu filij dei ĩ oĩ
bus mẽbris tuis sensisti dignare de singu/
lis mẽbris tuis dulcedine redũdãtibus ĩ me
stillare gratiã tãta efficacia, ut pfundat cor
pus meũ & aia, sanctificent oĩa mẽbra mea
ut de cetero nunquam moueantur ad pra/
ua tempora sed seruiant amori tuo cum le
ticia, & per amorem uiuificentur, regantur
& roborent & pficiant usq; ad exiccationẽ

medullaꝝ omniū ossium meorum. Amen.
Alia oño ad sctām Mariā scti Anselmi epi.
MAria tu illa magna maria tu illa maior btārū mariaꝝ tu illa maxia feminaꝝ. Tu dña magna & ualde magna te uult cor meū amār te cupit os meū laudār, te desiderat uenerari mēs mea te affectat exorār aīa mea, qa tuitiōi tue se cōmēdat tota substātia mea. Enitimini uiscera aie mee, enitimini q̄tū potestis, si qd potestis oīa īteriora mea ut eius merita laudetis ut eius beatitudinē ametis, ut eius celsitudinē admiremini ut eius benignitatē dēpcemini, cuius patrocinio quotidie indigetis idigēdo desiderastis desiderādo iploratis iplorādo īpetratis, & si nō secūdū desiderium uestrū, tñ supra uel certe ptra meritū uestꝝ. Regina āgelorꝝ dña mūdi mr eius q mūdat mūdū. cōfiteor qa cor meū nimis ē imūdū vt merito erubescat i tā mūdā itēdere, nec digne possit mūdā ītēdēdo ptīgere. Te igit mr illuminationis cordis mei te nutrix salutis mee mētis te obsecrant qantum possunt cūcta precordia mea. Exaudi domine adesto propitia, adiuui potentissima ut mundentur sordes

mentis meæ, ut illuminẽtur tenebre meæ, ut accendatur tepor meus, ut expergiscat torpor meus, quatenus sicut tua beata sanctitas sup oia post summũ oĩum unum filiũ tuum p oipotentẽ filiũ tuũ ob glorioſum filiũ tuũ a bñdicto filio tuo es exaltata, sic sup omnia post dñm & deum meum, tuũ filium te cor meum intelligat & ueneretur amet & deprecetur eo affectu, non quo desidero imperfectus, sed quo dicitur a filio tuo factus redemptus & resuscitatus. Genitrix uitæ animæ meæ alitrix reparationis carnis meæ lactatrix saluatoris totius substantie meæ. sed quid dicam. Lingua mea deficit quia mens non sufficit. Domina domina omnia intima mea sollicita sunt, ut tantorum beneficiorum tibi gratias exoluãt. sed ne cogitare possunt dignas. Quid enim dicam digna meriti creatoris & saluatoris mei p cuius sanctitatem peccata mea purgantur, per cuius integritatem mihi incurruptibilitas donatur per cuius uirginitatem anima mea adamatur a domino suo, & desponsatur deo suo. Quid inquam digne referam genitrici dei & domini mei,

per

per cuius fecunditatem captiuus fum redẽ ptus, p cuius partum de morte eterna ſum exẽptus, per cuius prolem perditus ſum reſtitutus, & de exilio miſerie in patriã btĩtudinis reductuse Bendicta tu in mulierib⁹. Hec oĩa mihi dedit benedictus fructus uentris tui in regeneratione baptiſmi ſui. Alia in ſpe, alia in re. Q uäquã hec omnia ego ipſe mihi ſic peccãdo abſtulerim, ut nec rẽ habeam, & ſpem uix teneã. Q uid enim ſi mea culpa euanuerũt. Nunquid ingratus ero illi per quem mihi bona tanta gratis euenerunt? Abſit ne addam hanc iniquitatem ſuper iniquitatem. Immo gratias ago, quia habui. Doleo quia non habeo. Oro ut habeam. Certus enim ſum quia ſicut per filij gratiam ea potui accipere ſic eadem p matris merita poſſum recipere. Ergo dña porta, uita, ianua ſalutis, uia recõciliationis, aditus recupationis, obſecro te per ſaluatricẽ tuã fecunditatem. Fac ut peccatox meox mihi uenia, & bene uiuendi gratia concedatur. Et uſq; in fine hic ſeruus tuus ſub protectione tua cuſtodiatur. Aula uniuerſalis pietatis; cauſa generalis reconciliationis,

uas & templum uite & salutis uniuersorū, nimium contra ho merita tua, cū in me homunculo uili singulariter recensco beneficia tua quæ mundus amans gaudet. Gaudens clamans esse sua. Tu nanq; domina admirabilis singulari uirginitate, amabilis salutari fecunditate, uenerabilis inestimabili sanctitate tu ostendisti mundo dominum suum & deum suum quem nesciebat, tu uisibilem exhibuisti mundo creatorem suū, quem prius non uidebat, tu genuisti mundo restaurationem qua ꝓditus indigebat, tu peperisti mundo reconciliatorem quem reus non habebat. Per fecunditatem tuam domina mundus peccator est iustificatus, dānatus saluatus, exul reductus. Partus tuus domina mundum captiuum redemit. Egrum sanauit mortuum resuscitauit. Cœlum Sydera Terra Flumina Dies Nox, & q̄cunq; humane potestati uel utilitati sunt obnoxia, ut amissum decus sese gratulant ꝑ te quodāmodo resuscitata, & noua quadā ineffabili gra donata. Quasi enim omnia mortua erāt, cū amissa cōgenita dignitate fauendi dñatui, uel usibus deum laus

dantium ad quod facta erant obruebantur oppressione, & decolorantur abusu idolis seruientium, propter quod facta non erat. Quasi uero eadem resuscitata letantur cū iam deum confitentiū & dñatu reguntur & usu decorantur. Noua autē & inestimabili gratia quási exultauerunt cum ipsum deū, ipsum creatorem suum non solum inuisibiliter supra se illa regentem senserunt sed etiam uisibiliter inter se eisdem utendo sāctificantem uiderunt. Hec tanta bona per benedictum fructum benedicti uentris benedicte marie peruenerunt. Sed cur solum loquor domina beneficijs tuis plenum esse mundum. Inferna penetrát, cœlos superāt. Per pulchritudinem enim gratie tue et que in inferno erant se letantur liberata & que supra mundum sunt se gaudēt restaurata, Per eundē qppe glorioſum filiū glorioſe uirginitatis tue oēs iusti qobierunt añ uita lē eius mortē exultāt diruptiōe captiuitatis sue & āgeli gratulāt restitutiōe semirute ciuitatis sue O femina mirabilit singularis & singularit mirabilis per quam elementa renouantur, inferna remediant hoies saluant

angeli reintegrantur. O femina plena & superplena gratia, de cuius plenitudinis exuberantia respersa sic reuiruit omnis creatura. O uirgo benedicta & semper benedicta, per cuius benedictionem benedicitur natura non solum creata a creatore: sed & creator a creatura. O nimis exaltata quam sequi conatur affectus animę mee, quo aufugis aciem mētis mee. O pulchra ad intuendum, amabilis ad ꝓtemplandum delectabilis ad amandum, quo euadis captiuitatem cordis mei. Prestolare domina infirmam animā sequentem. Ne abscondas te domina parum uidenti te, animę querēti dña, te miserere aīe post te anhelando languenti, mira res in q̄ sublimi contēplor mariā locatā. Oīs creatura a deo est creata: & dei natura ex maria est nata deus omnia creauit, & maria deū generauit. Deus qui omnia fecit, ipse se ex Maria fecit, & sic omnia que fecerat refecit. Qui omnia potuit ex nihilo facere noluit ea uiolata sine maria ꝛficere. Deus igitur est pater rerum creatarum, & Maria mater rerū recreatarum. Deus est pater constitutionis

¶ De sancto Martino. Oratio.

ROgo te dilecte sacerdos dei Martine, ut pro me miserimo atq; scelestissimo, sacris tuis orationibus intercedente digneris apud misericordem patrem & deum omnipotentem ut qui te in trium resuscitatione mortuorum decorauit in terris, sua inestimabili pietate me a cunctis absolutum peccatis a morte resuscitari anime, & suorum numero aggregari, & de hac uita felici consummatione migrare, atq; ad dexteram suam in cœlis collocari precipiat. Per Christum dominum nostrum.

℣. Ecce sancte. Oratio.

DEus qui conspicis, quia ex nulla nostra uirtute subsistimus concede propitius ut intercessione beati Martini confessoris tui atq; pontificis contra omnia aduersa muniamur. Per dominum nostrum.

¶ De sancto Nicolao. Oratio.

SAncte Nicolae presul dei in tuis sanctis meritis laudo Christum qui te magnificauit in conspectu angelorum & hominum. Tu enim per uiscera tue passionis fra

terne patris inopiam & filiarum detestabilē infamiam obstruxisti. Rutilantis auri largiflua collatione, sancte Nicolae fac animū meum immundis cogitationibus atq; operibus fluctuantem deo placitis inuigilare operationibus. Tu sancte Nicolae qui iuuenes mortis deditos, illesos abire fecisti. Tu me a morte anime liberatum secure colloca ante presentiam Christi. Sancte Nicolae qui nautas in mari quassatos sanos & incolumnes eruisti, a peccatis meis preteritis p̄sentibus & futuris ante conspectum diuine maiestatis clementer absolue, ut sine ultione diuine uindicte tuis mi domine orationibus adiutus merear de instantibus periculis & angustijs liberari. Nam credo pie sancte Nicolae tuis me precibus esse saluandum, quia ad te clamo, & te precibus meis licet indignus pulsare non desisto, ut te intercedente ab imminentibus periculis peccatis & offensionibus meis, quibus quotidie affligor merear liberari. Salua me supplicem famulum tuum amice dei Nicolae de presentibus angustijs & tribulationib', quia in te cōfidit anima mea ut p̄ te me sal

uet qui te sibi elegit. Vndiq; circundederūt me mala quorum non est numerus, sed ab illis spero tue sanctitatis precibus liberera ri. Idcirco commendo me tue sancte defen sioni, tueq; opitulationi, ut me facias gaude re cum sanctis & electis dei in futuro secu lo. ℣. Ora ꝓ nobis sancte Nicolae. Vt digni efficiamur promissionibus.

DEus qui beatum Nicolaum pium pon tificem tuum innumeris decorasti mi raculis, tribue quesimus ut eius precibus & meritis a gehenne ignis incēdio liberemur

¶ In heremitam dei Antonium.

O Antoni heremita infirmorum spes & uita, fac me digne te laudare uenerari & amare perpeti memoria. In aduersis sis protector mediator dei & uector, ne cum prauis condemnemur, immo tecum glorie mur in celesti patria. Amen. Aña. Vox de cœlo facta est ad beatum Antonium, quia uiriliter dimicasti, ecce ego tecum sum & faciam te nominari in toto orbe terrarum. ℣. Ora pro nobis beate Antoni. Oratio.

OEus qui cōcedis obtētu beati Antonij cōfessoris tui morbidū ignē extingui

& membris egris refrigeria prestari . Fac nos propitius eius intercessionibus a gehē ne incendijs liberatos tibi feliciter in glo/ ria presentari. Q ui ui. & reg.

¶ Item alia de sancto Antonio.

OMnipotens sempiterne deus miseri/ cordiam tuam supplices exoramos, ut sicut beatus Antonius cōfessor tuus glo riosus deimonum multitudinem spiritusan cto cooperante contriuit, sic nos eius meri tis omnes tentationes dyabolicas & omni um aduersariorum nostrorum insidias su/ perare & euadere ualeamus, per te iesu chri ste saluator mundi rex glorie. Q ui cum pre & spiritusancto uiuis & regnas deus.

¶ Ad omnes sanctos confesso. Oratio.

SAncte Gregori sancte, Martine, sancte Nicolae, sancte Ambrosi, sancte Hieros nyme, sancte Benedicte, sancte Bernarde, sancte Egidi, sancte Leonarde confessor, san cte Antoni, sancte Paule. Omnes sancti sa/ cerdotes & confessores dei nolite me despi cere. Sed sicut optastis a deo hic adhuc pos siti in mortali corpore audite me, ut uestro sacratissimo interuentu a peccatis exui, & a

penis absolui, & a cunctis tẽtationum periculis erui, & per confessionem sancte & individue trinitatis gloriam sempiterne beatitudinis merear adipisci. Amen.

¶Item alia ad eosdem.

DEus qui es omnium sanctorum confessorum tuorum splendor mirabilis, da eorum mihi imitatione perficere & oratione fulciri misericordiamq; tuam exemplis eorum & meritis consequi ut ex eorũ glorioſa confessione usq; in finem seculi mihi capiat regni celestis augmentum. Per Christum dominum.

¶De tribus regibus. Aña.

¶Ab oriente uenerunt magi in bethleem adorare dominum, & apertis thesauris suis preciosa munera obtulerunt, aurum sicut regi magno, thus sicut deo uero, mirrham sepulture eius alleluia. ℣. Reges tharsis & insule munera offerent. R. Reges arabum & sabba dona adducent.

Oratio.

DEus qui tres magos otiẽtales, Gaspar, Melchior, & Baltasar ad tua cunabula, ut te misticis uenerarentur muneribus

sine impedimento stella duce perduxisti, concede propitius ut per horum triũ ma/ gorum pias intercessiones & merita nobis famulis tuis tribuas, ut itinere quo iturí su mus celeritate, letitia gr̃a & pace, negocio q̃ bene peracto teipso solo uero, uera stel/ la, uera luminis luce ad loca destinata cum omni prosperitate ipsorum ad celestium q̃ ciuium consortia salui ac sani redire uale/ amus. Q ui. ui.

℣ De uirgine Barbara.

AVe martyr glorioſa Barbaraq̃ gene/ rosa paradisi uernans rosa, castitatis li lium. Aue uirgo pulchra tota, charitatis fõ te lota, dulcis mitisq̃ deuota, uas uirtutum omnium. Aue criminis ignara, spõsum au dis uoce clara. Veni pulchra. Veni cara. Ve ni coronaberis. Aue Barbara serena, pul/ chra quasi luna, plena singulari cantilena, sponsum agnũ sequeris. Aue Barbara bea ta quæ cum sponso preparata nuptiarum adoptata transtulisti gaudia. Aue fulgens: Margarita, in corona Iesu sita. Tam in mor te q̃ i uita, ius nobis propitia, ℣. Specie tua.

℣ Oratio.

OStende nobis quesimus domine tue pietatis misericordiam, quam in sancta uirgine & martyre tua Barbara, pie ac misericorditer ostendisti, ut ipsius meritis subito non moriamur, sed ante diem & horam exitus nostri tui sacratissimi corporis & sanguinis, sacreq; unctionis sacramentis salubriter perfruamur eaq; intercedente ab omnium hostium incursu protegamur & ad te pia deuotione & letitia perducamur. Per dominum.

¶ In Christi uirginem agnetem.

OGemma pudicitie uirginitatis spectaculum, iubar innocentie, puritatis speculum. Duc ad tropheū glorie nos Agnes ad agniculum. Añā. Stans beata Agnes in medio flamme expāsis manibus orauit ad dominū dicēs, oipotēs adorāde, colēde, pr̄ mi tuēde bn̄dico te adoro te, & glorifico nomē tuū i eternū. ℣. Ora p nobis beā agnes martyr xp̄i. R. Vt digni efficiamur. Oratio.

DEus flos uirginum qui es uerum desiderium intercedente beata agnete uirgine & martire tua pro nobis uirtutū nos odorē ibue & igne suauissimi amoris itima

cordis nostri desideria accende ut in te dulciter ardeamus & heredes celestium desideriorum esse mereamur. Per te Iesu bone. Qui cum deo patre & spiritu sancto uiuis & regnas.

¶ De sancta Agata. Oratio.

SAlue sancta Agata uirgo & martyr dei inclyta tuis precibns nos Christo commenda. Ad te clamamus in agustiis constituti. Ad te suspiramus auxilium querētes: Eya ergo uirho electa tuum letum oculorum aspectu ad nos inclina: Et Iesum crucifixum qui tollit mundi peccatum redde nobis humiliter placatum. O clemēs o pia o dulcis uirgo & martyr sancta Agata. ℣. Ora pro nobis beata Agata. ℟. Vt digni.

¶ Oratio.

INtercessionibus beate Agathe uirginis & martyris tue quesumus domine fructum clementie tue sentiant supplicantes, cuius oratiōnibus in sancta ecclesia tua etiā eorū deuote reficiuntur mētes. Per do:

¶ De sancta Dorothea. Oratio.

INuictissima Christi martyr & uirgo sancta Dorothea pro nostris sceleribus dul

cem spōsum tuum dominum nostrum Ie sum Christum instanter exora ut spiritum timoris & sui amoris nobis elargiri digne tur, in eiusq; mandatis nos perseuerare, & que sibi placita sunt tuo interuentu faciat semper postulare. Per. ℣. Ora pro nobis sancta Dorothea. Oratio.

OMnipotens sempiterne deus, in cuius nomine gloriosa uirgo & martyr Dorothea multorum tormentorum genera superauit te suppliciter exoramus ut eius interuentu cuncta pericula deuincamus ipsamq; in nostris necessitatibus adiutricem celerem sentiamus. Per dominum nostr.

¶ De sancta Appolonia. Salue sancta appolonia, ut supra oratio suo folio. ℣. Ora pro nobis sancta appolonia. Oratio.

DEus pro cuius sanctissimi nominis honore beata appolonia uirgo & martyr amaram & horribilem dentium excussionem sustinuit, presta quesumus ut qui eius uenerabilem commemorationem pia deuotione frequentat a tetro dentium dolore immunes custodias & post huius seculi erumnas ad eterne patrie gaudia perdu-

cas. Per dominum nostrum.

¶ De sancta Margarita uirgine. Oratio.

GAude uirgo gloriosa margarita pre cioſa rubricata sanguine. Gaude que prefecti, spreto, uoto mali cor de leto gaudes Christi nomine. Gaude que in carcera ta demonem es comtemplata in draconis specie. Gaude quod eum fugisti, pede sancto q̄ calcasti feritatem malitie. Gaude demum tormentata ignе aqua decollata cū palma uictorie. Fac nos fieri uirgo pia qui te colunt in hac uia ciues regni glorie. ℣. Diffusa est gratia. Oratio.

INdulgētiam nobis domine beata Margaritha uirgo & martyr sanctissima imploret, que tibi grata semper extitit, & merito castitatis & tue p̄fessione uirtutis. Per dominum nostrum. Amen.

¶ De sancta Maria Magdalena. Oratio.

GAude pie Magdalena, spes salutis uis te uena lapsorum fiducia. Gaude dulcis aduocata, penitendi forma data miseris post uicia. Gaude felix deo grata cui dimissa sunt peccata speciali gratia. Gaude lotrix pedum Christi a quo tanta meruisti

eormis insignia Gaude prima digna frui uisu redemptoris tui surgentis in gloria. Gaude que septē p horas es ab antro eiecta foras ad celi uestigia. Gaude que nūc subli maris & cum Christo gloriaris in celesti curia. Fac nos hic sic penitere ut post mor tē lucis uere sociamur gaudia. ℣. Ora pro nobis beata Magdalena. Oratio.

DEus qui beate Marie Magdalene peni tentiam ita tibi placitam gratamq; fe cisti, ut non solum ei pcta dimitteres, ve rum etiam fragilitati sue amoris tui gratia illius intima illustrares, da nobis quesu mus ita digne fluere mala que commisi mus ut & sanctam indulgentiam conse qui ualeamus, & in omnibus petitionibus propiciationis tue clemētiam sentiamus. Per dominum nostrum.

¶ De sancta anna matre uirginis Marie.

ANna pia mr aue cuius nomē ē suaue an na sonat gram. Aue iesse radix floris q celestis dat odoris phēnē fragrātiā. Aue pa rēs stella maris, q tu nupta ptēplaris regis regū filio, tu q sola meruisti eē mr mris xpi pces nras suscipe. Tu nos matri atq; proli,

regi ac regine poli commendare non desi-
ne. ℣. Ora pro nobis beata anna. ℟. Vt mũ
demur ab omnibus malis in hac uita.

¶ Oratio.

DOmine iesu Christe qui beate Anne tantam gratiam donare dignatus es ut uirginem mariam matrem tuam in ute ro suo portare mereretur, da quæsumus p̃ intercessionem dilecte matris ac dilectissi- me filie matris tue per illam sacratissimam intercessionem ab omni periculo corporis & animæ nos defendi & ad gaudia perdu- ci. Qui cum deo patre.

¶ In traureolatam Katherinam.

AVue uirgo Katherina aue martyr & regina aue sponsa x̃pi uera, aue mitis & sincera, aue uirgo deo digna x̃po præce me cõsigna: preces audi præsta uotum cor in bono fac immotum. Confer mihi cor contritum rege uisum & auditum rege gu stum & olfactum uirgo sancta rege tactũ. Vt in cunctis te regẽte uiuam deo pura mẽ te. O beata Katherina babylonis desenti- na. Tutum mihi fer ducatum plasmatorẽ fac placatum, esto mihi cõsolatrix pro me

sis interpellatrix. xp̃m pro me interpella, salua mortis de procella. Superare fac me mundum ne demergar in profundum. Ne me sinas naufragari in peccatis in hoc mari. Virgo dei nunc memento quæ labore quo tormento, regnum dei mœruisti & sic cœlos ascendisti. Potens in conspectu dei memor esto precor mei. Memor esto supplicantis, memor esto q̃ in tantis sim peccatis p̃stitutus multis malis inuolutus. Visita tu me infirmum & in bonis fac me firmum, agonista dei fortis esto præsens hora mortis. Decũbẽtem foue leua & de morte solue seua. Et resurgam nouus homo cuius in cœlesti domo, duplex mors me non infestet, iesus Christus illud præstet. Tua præce exoratus idem p̃ idem natus idem utriusq̃ flamen. Qui uiuit & regnat. Am̃. ℣. Diffusa est gratia. ℟ Oro.

OMnipotens sempiterne deus, ineffabilem misericordiã tuã suppliciter dep̃camur ut sicut liquor q̃ de mẽbris beate uirginis & martyris tue Katherine iugiter manans languidoq̃ corpora sanat, sic eius oro sancta cũctas a nobis inq̃tates & infir

mitates expellat & oia mala a nobis clemẽ ter auertat & ad regnũ celoꝝ feliciter pduꝛ cat. ¶ De ſancta Cecilia. Oratio.

O Glorioſa uirgo & amica filij dei Cecilia inclina aures tue pietatis clementer ad me famulum tuum. Per eum qui per te dignatus eſt conuertere ualerianum ſponſum tuum & fratrẽ eius tyburtium. Per iſta & alia multa beneficia que per te dignatus eſt oſtẽdere, obſecro te ut impetres mihi a domino, ut cor meum ſemper ſit inclinatum & paratum ad omne bonum, ita ut in hora exitus mei ipſe qui me iudicaturus eſt fiat defenſor meus contra dyaboliꝛcas impugnationes & ſaluator meus Ieſus Chriſtus dominus noſter. Qui cum patre & ſpiritu ſancto uiuit & regnat deus in ſeꝛcula ſempiterna. Amen.

¶ De ſancta Lucia. Oratio.

AD te ſancta Lucia uirgo & martir chriſti confugio deprecans ut illius miſericordie ſinum pro me inuoces qui te liberauit de incendijs flammarum quando reſiꝛna & pice & feruenti oleo fuiſti perfuſa & etiam te faciebat eſſe quaſi montem imm)

bilem usq; dum acciperes corpus & sanguinem domini nostri iesu Christi ut totū desiderium tuum adimpleretur. Per ista & multa alia miracula quæ per te dignatus é ostendere. Obsecro te ut impetres mihi a domino ut in hora exitus mei accipere merear eādem gratiam corporis & sanguinis sui cum pura deuotione & sincera inuocatione nominis sui glorioſi & benedicti. Qui uiuis & regnas deus. Per.

¶ De sancta Cristina. Oratio.

O Beata uirgo & martir Christi sancta Cristina uota & preces famuli tui audi per illū qui te exaudiuit in tēpore passionis tue, & impetra mihi a dño talem uitā & ꝓuersationē ut in xp̄o dulciter ardere merear, in quo dulciter & ardēter arsisti, et ut homo tantoꝝ celestiū desideriorꝝ esse mereat ut, nullus blādiens amor secli a suo amore ualeat me separare in quo tota es accensa celestibus desiderijs. Obsecro te ut impetres mihi q̄ in hora exitus mei uisitationē & ꝑsolationē tuā & aliorꝝ sanctorꝝ quos mihi i nouissimis meis adesse, rogo hīe merear ꝓtiusq̄ moriar. Per christum dominū.

¶ De sancta Elisabet. Oratio.

AVe gemma speciosa mulierum sydus rosa ex regali stirpe nata nunc in celis coronata mundo licet uiro data Christo tamen desponsata utriusq; sponsalia simul seruans illibata. Sarram tu sequēs fide pia & rebeccam prudentia. o dilecta o beata nostra esto aduocata Elisabeth egregia, ut tantorum peccatorum sic ueniam consequamur & tantorum post laborum finem tecum gradiamur. Amen.

¶ De sancta Vrsula. Oratio.

SAlue & gaude o tu uere preciosissima Christiane religionis & constātie gemma beatissima Vrsula uirgo & martyr domini preciosa, salue iterum & gaude gaudio magno cum exercitu tuo tam glorioso tamq; numeroso & cum eisdem beatis sodalibus tuis ora pro nobis quesumus nunc o pia & maxime in hora & post horam mortis nostre, meq; miserrimum supplicem & pauperculum uestri ū uestra deo grata prece dei infinite clemētie omnique celesti curie fideliter recommendare, & me ab omni uitiositate uestro pio iuuamine

quæso mis

queso misericorditer cõpescite, & propec-
catis meis heu grauibus & nimijs, cordis
contritionem cũ uera confessione, uite mee
deo placentem emendationem, omnium in
me iniuste malignantium mihi ad nocendũ
potentem repressionem. Et ad extremũ uite
mee felicem consumationem mihi queso
misericorditer impetrate ab ineffabilis dei
ineffabili pietate & clementia propter illi
us honorem & amorem, cuius glorioſe &
nobilis creature & predilecte ac specioſe
sponſe & amatrices uos estis. Amen.

¶Item oratio ad. xj. mi. uirgines.

O Preclare uos puelle nuuc implete me
um uelle. Et dum mortis tegit hora
subuenite sine mora, in tam graui tempe-
state, nos precantes defensate, a dæmonam
instantia. ℣. Orate pro nobis. xj. mille uir-
gines. R. Vt hostes terribiles aduersũ nos
sint ualde debiles. Oratio.

DEus qui affluuentissime bonitatis tue
prudentia beatissimam Vrsulam cum
xj. mi. uirginum triumpho martyrij coro
nare dignatus es, cõcede propitius, ut eius
meritis & precibus cũ ipsis in eterna bea-

titudine collocari mereamur Per dominū.

¶Item oratio ad omes sanctas uirgines.

IMmense & inextimabiles gloriose semper uirgines xp̄i intercedite pro me nimis obnoxio peccatis, ut qui uobis pro merito castitatis certamineq; passionis sue largitus est munera perennitatis mihi largiri dignetur ueniam pro delictis, celestisq; regni faciat esse consortem Iesus dominus noster filius uirginis marie, & amator uirginitatis. Qui tecum uiuit & regnat &c.

¶De omnibus sanctis. Oratio.

OMnes sancti spiritus & anime iustorum & sanctorum dei qui meruisti consortes fieri celestium uirtutum & perfrui eterne claritatis gloria. Precor uos per ilius honorem & amorem qui uos beatificauit, ut intercedere dignemini pro peccatis & angustiis meis ut confessionem pura contritione cordis & penitentia condigna cum perceptione sanctissimo corporis & sanguinis domini nostri iesu Christi, & sacri olei unctione antequam de hoc seculo migrare me oporteat fulciri merear, & in illa tremenda hora finis uite mee sentiam

uestrum iuuamen, ne cũ impijs ſpiritibus & damnatis hominibus ad eternam penam diiudicer, a labe peccatorum miter purgatus ac uobis adiũctus partem prime reſurrectionis obtineam & in celis uitã eternam habeã Per. ℣. Letamini in dño & exultate iuſti. R. Et gloriamini oẽs recti corde. Oro.

OMnipotens ſempiterne deus qui nos omnium ſanctorum tuorum merita ſub una tribuiſti commemoratione ueneraris, queſumus ut deſideratam nobis tue propitiationis abundantiam multiplicatis interceſſoribus largiaris. Per dominum.

¶ De beatiſſima uirgine Maria. Oratio.

SAnctiſſima & incontaminata uirgo maria deprecor te p illud donum caſtitatis quo te deus eterni patris filius pre omnibus ditauit femnis, quod me famulum tuum. N. uigilantem dormientem die noctuq; piis precibus tuis defendere & liberare digneris a ſubitanea & improuiſa morte ab infeſtatione & illuſione dyabolica, atq; in hora exitus mei ab eterna damnatiõe. & ſi caſtiſſima uirgo in aliquo delicto mortali ſiue ueniali pctõ filiũ tuũ unquam

offendi uel cõmisi auxiliare mihi ut cum tali penitẽtia possim querere ut mereartan dẽ sacrũ eius suscipe, atq; i regno celoꝝ electis eius sociari. Q ui uiuis & regnas. &c.

¶ Oratio ad deum pro benefactoribus,

VNice redemptor humani generis qui tollis peccata mundi miserere mihi indigno famulo tuo. N. & parentibus meis benefactoribus & omnibus qui mihi suas eleemosynas dederunt aut qui se meis orationibus comendauerunt, uel pro quibus orare decreui, aut mihi iuncti sunt cognatione fide & amicicia, uiuis & defunctis. Tu scis nomina eorum misericors deus, concede eis partem & societatem in regno tuo. Facq; eos participes sacratissima oblatione corporis & sanguinis tui hodie & in omnbuis diebus, ut per eam liberentur ab omnibus peccatis & peccatorũ suorum periculis & ditẽtur gaudijs spiritualibus prosperitatibus presentibus & futuris. Q ui uiuis & regnas in unitate spiritu.

¶ Oratio ante missam.

ROgo te domie Iesu Christe q te obtulisti, deo patri hostiam puram & im-

maculatam in ara crucis pro nobis peccatoribus qui dedisti nobis carnem tuam ad manducandum & sanguinem tuum ad bibendum, & posuisti mysterium .i. in uirrute spiritussancti dicens. Hec quotienscunq; feceritis in mei memoriam facietis. Rogo te qui non mortem sed penitentiam desideras peccatorum, ut me miserum peccatorem & fragilem a tua non repellas pietate, non aspicias scelera mea aut turpes cogitationes, quibus flebiliter a tua disiungor uoluntate, sed misericordias tuas & fidē, deuotionemq; eorum qui per me peccatorem tuam expetunt misericordiam. Et quia medium inter te & populum me fieri uoluisti. Fac me talem ut digne possim tuam exorare clementiam pro me & pro eodē populo tuo. Et adiunge uoces nostras uocibus angelorum tuorum, ut sicut illi te laudant inceſſabiliter, ita quoq; nos eorum interuentu te mereamur laudare inculpabiliter in hac peregrinatione. Qui cū deo patre &c.

¶ Oratio post missam.

IAm dulcissime atq; amantissime Iesu unica spes salutis mee nullatenus tibi digne

regratiari possum de uniuersis beneficijs mihi impensis. Ago autem gratias humiles tibi clementissime deus quod me dulcissimo corpore & pciosissimo sanguine tuo reficere uoluisti. Gratias tibi ago misericors deus quod me ad officium sacerdotale elegisti. Et rogo te domine Iesu xpe ut remittas mihi uniuersas negligentias meas & omnia errata mea, parce & remitte mihi propitiabilis deus, quod sanctissimum corpus & sanguinē tuum tractaui & sumpsi tam irreuerēter & in deuote parce queso benignissime deus & remitte omne quod in hac missa tam indicēdis quam in agendis uanis seu uagis cogitationibus trā siui incaute aut negligēter. Eya deprecor te misericors deus ut tibi hoc sacrificium gratum sit & acceptum, quod obtuli in honore nominis tui, & glorioſe uirginis & matris Marie, atque ad honorem sancti .N. & sancte .N. & omnium electorum tuorum pro uiuorum & mortuorum salute. Da igitur o mittissime deus uiuis omnibus gratiam & misericordiam, defunctis requiem, & ueniam ecclesie tue, pacem & cō

cordiã. Nobis autem miseris peccatoribus hic ãbulãtibus, fidẽ rectã, ſpẽ firmã, charitatẽ ꝓfectã & finalẽ uitã cõſeq̃ ſempiternã. Qui uiuis & regnas deus. Per omnia ſecu.

¶ Item oratio ſtatim poſt communionem.

INeffabilẽ miſericordiã tuã dñe ieſu xp̃e humiliter exoro, ut hoc ſacr̃m corpis & ſanguinis tui q̃ ſuſcepi indignus ſit mihi purgatio ſcelerũ, ſit fortitudo fragiliũ ſit cõtra mũdi pericula firmamẽtũ ſit impetrat o uenie ſit ſtabilimẽtũ gr̃e, ſit medicina uite, ſit memoria paſſionis tue, ſit ꝓtra debilitatẽ fomitis, ſit uiaticũ mee pegrinationis. Euntẽ me ꝓducat. Errãtẽ me reducat reuertẽtem me ſuſcipiat, titubantem me teneat, cadentẽ me erigat, & perſeuerantem in gloriam introducat. O altiſſime deus, beatiſſima preſentia corporis & ſanguinis tui ſic immutet pãlatum cordis mei, ut preter te nullam unquam ſentiat dulcedinem, nullam amet pulchritudinem, nullum querat illicitum amorem nullam deſideret conſolationem, nullam admittãt unquam delectationem, nullum curet honorem, nullam timeat crudelitatem præſtãte dño nr̃o ieſu xp̃o.

¶ Alia.

SErenissima & inclyta mater domini nostri iesu christi maria que eundē creatorē oium creaturarū in tuo sacratissimo utero digna fuisti portare cuius ueracissimum corpus & sanguinē sumpsi ad ipsum p me intercedere dignare, ut quicqd in eius ineffabili sacrificio ignoranter negligenter aut accidentaliter omisi mihi dignetur tuis sanctis precibus indulgere, & me ad uitam eternam, perducere. Qui cum deo &c.

¶ De sancto rocho contra morbum epidimie dicenda.

¶ Oratio.

DEus qui es glorioſus in gloria sanctorum, & cunctis ad eorum patrocinia confugientibus sue petitionis salutarem prestas effectum concede plebi tue, ut intercedente beato Rocho confessore tuo que in eius celebritate se deuotam exhibet, a languore epidime quem in suo corpore pro tui nominis gloria passus est sit libera, & tuo nomini sit semper deuota. Per dominum nostrum Iesum Christum filium tuum qui tecum uiuit & regnat &c.

¶ Quomodo eleemosyna danda, ieiunandum, orandum, deo seruiendum, &c.

ATtendite ne iustitiam uestram faciatis coram hominibus ut uideamini ab eis, alioquin mercedem non habebitis, apud patrem uestrum qui in cœlis est. Cū ergo facis eleemosynam, noli tuba canere ante te, sicut hypocritæ faciunt in synagogis & in uicis, ut honorificentur ab hominibus, amen dico uobis, receperunt mercedem suam. Te autem faciente eleemosynam, nesciat sinistra tua, quid faciat dextra tua, ut sit eleemosina tua in abscondito, & pater tuus qui uidet in abscondito, reddet tibi. ¶ Et cum oratis, non eritis sicut hypocritæ, q amant in synagogis & in angulis plateaꝝ stãtes orare, ut uideant ab hoibus, amen dico uobis, recepunt mercedem suã. Tu autem cum oraueris, intra in cubiculum tuum, & clauso ostio ora patrem tuum in abscondito, & pater tuus qui uidet in abscondito, reddet tibi. Orantes autem nolite multum loqui sicut ethnici faciunt putant enim ꝙ in multiloquio suo exaudiantur. Nolite ergo assimila-

ri eis. scit enim pater uester quid opus sit uobis, antequã petatis eum. Sic ergo uos orabitis, Pater noster qui es in cælis, sanctificetur nomen tuum. Adueniat regnũ tuũ. Fiat uoluntas tua, sicut in cælo, & in terra. Panem nostrum supersubstantialem da nobis hodie. Et dimitte nobis debita nr̃a, sicut & nos dimittimus debitoribus nr̃is. Et ne nos inducas in tentationem. Sed libera nos a malo. Amen. Si enim dimiseritis hominibus peccata eorum, dimittet & uobis pater uester cælestis delicta uestra. Si enim non dimiseritis hominibus, nec pater uester dimittet uobis peccata uestra. ¶ Cum aũt ieiunatis, nolite fieri sicut hypocritæ tristes. Exterminant enim facies suas, ut pareant hoibus ieiunantes. Am̃ dico uobis, quia recepunt mercedẽ suam. Tu aũt cũ ieiunas, unge caput tuũ, & faciẽ tuã laua, ne uidearis hoibus ieiunãs, sed patri tuo q̃ est in abscõso, & p̃r tuus q̃ uidet in abscõso, reddet tibi. Nolite thesaurizar̃ uobis thesauros in terra, ubi ærugo & tinea demolit̃, & ubi fures effodiũt & furant. Thesaurizate aũt uobis thesauros i cælos, ubi

neq; ærugo neq; tinea demolitur, & ubi fu
res nō effodiūt nec furant. Vbi ēm est the-
saurus tuus, ibi est, & cor tuum. ¶ Lucer-
na corporis tui, est oculus tuus. Si oculus
tuus fuerit simplex, totū corpus tuum lu-
cidū erit. Si aūt oculus tuus fuerit nequā,
totū corpus tuum tenebrosum erit. Si ergo
lumen quod in te est, tenebræ sunt, ipsæ te
nebrę quāte erūt? ¶ Nemo potest duobus
dominis seruire, aut enim unum odio ha-
bebit, & alterū diliget, aut unū sustinebit, &
alterū contemnet. Nō potestis deo seruire
& māmonæ. Iō dico uobis, ne soliciti sitis
aīę vr̄ę q̄d māducetis, neq; corpori vr̄o q̄d
induamini. Nōne aīa plus est q̄ esca, & cor
pus plus q̄ uestimētū? respicite uolatilia cę
li, qm̄ nō serunt neq; metūt, neq; congregāt
in horrea, & pater uester cælestis pascit il-
la, nōne uos magis pluris estis illis? Q uis
aūt uestrū cogitans, potest adijcere ad statu
rā suā cubitū unum? Et d uestimento quid
soliciti estis? Considerate lilia agri qūo cre
scūt, nō laborant neq; nent. Dico aūt uobis
qm̄ nec Salomon in oi gloria sua cooptus
est sicut unū ex istis. Si enim fœnū agri q̄d

hodie est, & cras in clibanum mittitur, deus sic uestit, quanto magis uos modicæ fidei? Nolite ergo soliciti esse, dicētes, Quid manducabimus, aut qd bibemus, aut quo operiemur? hæc enim omnia gentes inquirunt. Scit enim pater uester quia his omnibus indigetis. Quærite ergo primum regnum dei & iustitiam eius, & hæc omnia adijcientur uobis. Nolite ergo soliciti esse in crastinum. crastinus enim dies solicitus erit sibijpsi. sufficit diei malitia sua.

¶ Canticū Zacharie prophete Luce. i.

Benedictus dñs deus israel, quia uisitauit & fecit redemptionē plebis suæ.

Et erexit cornu salutis nobis, in domo dauid pueri sui.

Sicut locutus est per os sanctorum, qui a sæculo sunt prophetarum eius.

Salutem ex inimicis nostris, & de manu omnium qui oderunt nos.

Ad faciendam misericordiam cum patribus nostris, & memorari testamenti sui sancti.

Iusiurandum quod iurauit ad Abraam patrem nostrum, daturum se nobis.

Vt sine timore de manu inimicorum nostrorum liberati, seruiamus illi.
In sanctitate & iustitia coram ipso, omnibus diebus nostris.
Et tu puer ꝓpheta altissimi uocaberis, præibis enim ante faciem dominii parare uias eius.
Ad dandam scientiam salutis plæbi eius, in remissionem peccatorum eorum.
Per uiscera misericordiæ dei nostri, in quibus uisitauit nos oriens ex alto.
Illuminare his q̃ in tenebris & in umbra mortis sedent, ad dirigendos pedes nostros in uiam pacis.

¶ Psalmus. 102.

BEnedic anima mea, domino, & oĩa quę intra me sunt nomini sancto eius.
Benedic anima mea domino, & noli obliuisci omnes retributiones eius.
Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis, qui sanat oẽs infirmitates tuas.
Qui redimit de interitu uitã tuam, q̃ coronat te in misericordia & miserationibus.
Qui replet in bonis desiderium tuum, renouabitur ut aquilæ iuuẽtus tua.

Faciens misericordias dominus & iudiciū, omnibus iniuriam patientibus.

Notas fecit uias suas moysi; filijs israel uoluntates suas.

Miserator & misericors dominus; longanimis & multum misericors.

Non in perpetuum irascetur; neq; in æternum comminabitur.

Non secundum peccata nostra fecit nobis; neq; secundum iniquitates nostras retribuit nobis.

Quoniam secundum altitudinem cęli a terra; corroborauit misericordiam suam super timentes se.

Quantum distat ortus ab occidente; lōge fecit a nobis iniquitates nostras.

Quomodo miseretur pater filiorum misertus est dominus timentibus se; quoniam ipse cognouit figmentum nostrum.

Recordatus est quoniam puluis sumus; homo sicut fœnum, dies eius tanquam flos agri sic efflorebit.

Quoniam spiritus pertransibit in illo & non subsistet, & non cognoscet amplius locum suum.

Misericordia autem domini ab ęterno & usq; in æternum, super timentes eum.
Et iustitia illius in filios filiorum, his q̄ seruant testamentum eius.
Et memores sunt mādatorum ipsius, ad faciendum ea.
Dominus in cælo parauit sedem suā, & regnum ipsius omnibus dominabitur.
Benedicite domino omnes angeli eius potentes uirtute facientes uerbum illius, ad audiendam uocem sermonum eius.
Benedicite domino omnes uirtutes eius, ministri eius qui facitis uoluntatem eius.
Benedicite domino omnia opera eius, in omni, loco dominationis eius, bñdic anima mea domino. Gloria patri &c.

¶ Gratias deo, Quod peractum est hoc opusculum.

¶ Impressum Venetijs, per Alouisyum de Tortis. M.D.XXXVIII.

Registrum.

¶ A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z & AA BB CC DD EE FF GG HH II KK LL MM NN OO.

¶ Omnes sunt quaterni cum Inz dice sequenti.

¶ Index generalis presentis libelli.

Primo ponitur exortatio salutaris terrorem iudicij ac timorem diuine ultionis incutiens. carta. 5
Deploratio peccatoris misericordiam dei flagitantis. carta. 8
Oratio sancti Augustini. carta. 12
Alia oratio eiusdem ad impetrandum ueniam peccatorum. carta. 16
Confessio eiusdem. carta. 17
Alia confessio Augustini. 18
Oratio beati gregorij pro fine bono. 19
Oratio ad omnes dei sanctos. 21
Alia oratio ad eosdem. 23
Prologus de confessione. 24
Modus confitendi succinctus siue cõfessio generalis andree hispani, quel & speculum confitendi dicitur. 24
Qualis debeat esse & plura ad idem & sequentibus usq; ad. 39
Alia breuis confessio. 39
Confessio sancti Bernardi. 40
Confessio alia cum quadam gratiarũ actione. 43
Orationes dicende ante sacram communionem. 44

Gratiarum actiones post sacram communionem. 46
Iubilus sancti Bernardi. 53
Oratio dicenda ante communionem. 55
Oratio post sacram communionem. 59
Alia ad idem. 62
Orationes dicende qñ iam uis cõicare. 63
Oratio post sacram communionem. 63
Oratio ambrosiij de pas. domini. 65
Oratio in eleuatione corporis domini. 67
Oratio sancti Thome. 68
Salutationes ad dominum. 68
Oratio in eleuatione dicenda. 69
Oratio post eleuationem. 69
Alia ad idem. 69
Oratio dicenda corã imagine crucifixi. 70
Oratio de septem uerbis domini. 70
Oratio de passione Christi ad patrem. 71
Alia de eodem ad filium. 71
Iterum alia de eodem. 71
Oratio de singulis particulis passionis christi. 72
Oratio post eleuationem. 73
Oratio dicenda a dormituro. 74
Oratio dicenda de mane. 74

Oratio cum mane surgis? 74
Oratio sancti Augustini reuelata a spiritu sancto. 74
Commendatio sancte crucis. 75
Alia recommendatio de mane. 76
Recommendationes ad uirginem gloriosam. 77
Alie orationes mane dicende ad patrem & ad filium &c. 78
Cum uolueris ire dormitum. 79
Orationes ualde bone ad impetrādum omne petitum. 82
Oratio contra accusationes & falsas machinationes. 84
Oratio pro peccatorum remissione & fine bono &c. 85
Oratio pro bono fine ad patrem. 86
Alia de eodem ad filium. 87
Oratio sancti Bernardi ad iesum. 87
Orationes tres de passione domini que pñt dici in missa pro electis &c. 88
Gratiarum actio ad patrem pro passione filii ualde efficax. 89
Oratio ad filium de eiusdem passione. 92
Psalterium augustini dicēdum in extremis

pro bono fine. 95
Letania predicti psalterij ad idem. 97
Octo uersus psalterij reuelati sancto Bernardo a dyabolo. 100
Oratio bede de septem uerbis domini. 101
Oratio Gregorij de quinq; uulneribus Christi. 102
Orationes dicende coram imagine pietatis cum quinq; pater noster. 102
Salutationes ad omnia Christi membra carta. 103
Orationes quindecim de passione domini reuelate sancte Brigide dicende cum totidem pater noster &c. que sunt ualde efficaces. 105
Salutatio uulnerum Christi. 111
Orationes quinq; de quinq; gaudijs domini nice resurrectionis. 113
Orationes tres que habentur rome In quadam capella. 112
Oratio papæ Ioannis .xxii. ante ueronicam dicendam. 113
Oratio ad idem quam Innocentius dotauit multis indulgentijs. 114
Planctus beate uirginis quem Bonifacius

dotauit indulgentijs plurimis. 115
Alia oratio ad idem. 115
Orationes de quinq; doloribus beate uirginis quas ſanctus Anſelmus eiuſdem capellanus compoſuit. 116
Orationes alie de eodem. 118
Orationes ad dominum ieſum de q̃nq; potiſſimis doloribus ſue paſſionis. 120
Oro ualde efficax de paſſione dñi dicenda. xxx. dies. 122
Oratio ad uirginem intemeratam habēs indulgentias multas. 125
Oratio alia de eadem. 127
Alia oratio ad uirginem mariā. 129
Oratio ſancti Emundi ad uirginem gloriosam & ad ſanctum Ioannem euangeliſtam eius tutorem. 131
Oratio aurea ad beatam uirginem. 132
Alia oratio data beato Bernardo ab angelo de uirgine glorioſa. 132
Oratio de omnibus membris beate uirginis. 133
Oratio ſixſti papæ quarti dicenda coram imagine beate uirginis in ſole habens multas indulgentias. 135

Orationes de ſeptem gaudijs corporalibus beate uirginis. 135
Alia breuis de quinq; gaudijs uirginis. 136
Orationes de ſeptem gaudiis ſpiritualibus beate uirginis. 137
Oratio deuota ad ſanctam trinitatem & ad ſanctam uirginem pro gratia impetranda. 138
Oratianes beati bernardi deuotiſſime efficaciſſimeq; quas cū ſemel oraſſet crucifixū ſe inclinans amplexabatur. 139
Orationes ad beatam uirginem. 145
Roſarium beate Marie cum articulis uitæ Chriſti. 147
Oratio excitatiua humane mentis ad laudandum deum. 149
Laus ſancte trinitatis ꝓpter ſeipſam. 150
De creatione cæli & terræ. 150
De creatione, lapſu, reparatione, ac redemptione humani generis. 151
De electione uirginis glorioſe. 152
De cooperatione trium perſonarum quo ad myſterium incarnationis. 153
De uirtutibus beate uirginis. 153
De paupertate & natiuitate ieſu. 153

De diuersis incommodis eiusdem. 154
De dolorosa circuncisione iesu. 154
De apparitione iesu &c. 154
De fuga iesu in ægypto. 155
De inuentione iesu in templo. 155
De baptismo iesu, de eius prædicatione, de glorioſis ſignis, de bonis exéplis, deq; uarijs tribulationibus eiusdem. 156
De resurrectione lazari, & de die palmarum. 158
De consilio iudæorum aduersus christum de uenditione, de cœna &c. 158
De sermone domini facto post cœnā. 159
De eius oratione egressione &c. 160
De spontaneo transitu iesu. 161
De derelictione iesu in manu hostili, de fuga discipulorum &c. 162
De pñtatiõe uincti iesu corā pilato &c. 163
De expoliatione coronatione & illusione iesu. 165
De iniusta condemnatione eius. 166
De baiulatione crucis. 167
De uulneratiõe ac extẽsione iesu xpi i cruce, & d' supplicatione p inimicis suis. 168
De obprobrijs iudæorum. 169

De compassione virginis & de pluribus alijs quæ in dominica passione contigerunt. 170
De ualido clamore in cruce. 170
De tribus horis quibus pẽdebat Iesus. 171
De siti Christi in cruce pendens & amaro &c. 172
De miraculis quæ contigerunt. 173
De eo ꝙ corpus Chtisti pendebat in cruce. 173
De depositione Iesu de cruce. 174
De gloriosa Christi resurrectione. 175
De admirabili eius ascensione. 176
De sanctispiritus missione. 176
De secundo aduentu domini. 176
Gratiarum actiones de singulis beneficijs particularibus nobis a deo impensis. 177
Recommendatio predictorum. 178
Gratiarum actiones super opere creationis per singulos dies. 179
Sequuntur orationes deuote dicende a sacerdotibus ante missam. Et primo ponit oratio sancti Martini papæ. 181
Imploratio patronorum. 182
Oratio sancti Ambrosij. 183

Alia oratio ante missam. 187
Alie plures de eodem. 188
Gratiarum actio post missam. 193
Alia ad idem pro uiuis & defunctis. 193
Oratio Gersonis per modum appellationis edita &c. 194
Sequitur optima informatio religiosoꝝ ac omnium clericorum qui ad dicendum canonicas horas sunt astricti quomodo ad eas se præparare, & qualiter se in eisdem habere debeant. 198
Meditationes ad singulas horas & consequenter. 199
Oratio dicenda ante horas. 206
Oratio post horas dicenda. 206
Decretum concilij basilien sis quomodo diuinum officium sit peragendum. 207
De modo psallendi bernardi super cantica. 209
Sequuntur quædam deuote orationes siue meditationes de principalioribus festiuitatibus anni, & primo de natiuitate domini. 211
Orationes de resurrectione domini. 217
Orationes de spiritu sancto. 220

Oratio de dulcissimo nomine Iesu: 224
Orationes deuotæ dicende in dedicationi-
bus templi, & quando itur pro indulgen
tijs consequendis. 225
Suffragia dicenda pro fidelibus defun-
ctis. 228
Oratio pro defunctis satis rara. 232
Alia de eodem. 234
Alie ad idem. 236
Oratio pro conseruatione loci & pro con-
gregatione. 239
Oratio bona de sancta cruce. 239
Alie orationes ad idem. 240
Inuocatio sancte trinitatis. 241
Orationes dicende ab itinerante. 241
Contra raptores. 242
Contra tempestates. 242
Sequuntur orationes beati Augustini ad
sanctam trinitatem per ferias hebdomade
ordinate. Et primo ponitur oratio domini
ca die dicenda. 242
Oratio secunda. 244
Feria tertia oratio. 245
Feria quarta oratio. 247
Feria quinta oratio. 249

INDEX

Feria sexta oratio. 250
Sabbato oratio ad sanctam trinitatem. 252
Sequuntur oñones in solẽn. beate uir. 254
Alia ad idem. 256
Alia oratio ad uirginem glorioſam. 262
Orationes de angelis & primo de ſancto michaele. 263
Alia ad idem. 263
De omnibus angelis. 263
Ad proprium angelum. 264
Alia ad eundem. 265
De ſancto Iohanne baptiſta. 266
Alia de eodem. 266
Ad omnes patriarchas oratio. 266
Ad ſanctum Petrum oratio. 267
Alia de eodem. 267
Ad ſanctum paulum. 267
Ad ſanctum Andream. 268
Alia ad eundem. 268
De ſancto Iohanne euangeliſta. 268
Alia de eodem. 269
De ſancto Thoma. 269
De ſancto mathia apoſtolo. 269
De ſancto Philippo. 270
De ſancto Iaçobo minore. 270

INDEX

De sancto Iacobo maiore. 270
De sancto bartholomeo. 270
De sancto Mattheo. 271
De sancto Symone. 271
De sancto Iuda. 271
De omnibus apostolis. 272
Oratio ad omnes apostolos. 272
De sancto Stephano. 272
De sancto Vincentio. 273
De sancto Laurentio. 273
De sancto Sebastiano. 274
De sancto Georgio. 274
Ad sanctum Dionysium. 274
Ad sanctum Christophorum. 275
Alia oratio ad eundem. 275
De sancto Erasmo. 276
Oratio ad decem milia martires. 276
Oratio ad quindecim auxiliatores. 277
Alia oratio ad eosdem. 277
Oratio ad omnes sanctos martyres. 278
Ad sanctum Gregorium. 278
Ad sanctum Hieronymum. 279
De sancto Bernardo. 279
De sancto Augustino. 280
Ad sanctum Flotentium. 280

INDEX

De ſancto Martino. 281
De ſancto Nicolao. 281
De ſancto Antonio. 282
Ad omnes confeſſores. 282
De tribus regibus. 283
De ſancta Barbara. 283
De ſancta Agnete. 284
De ſancta Agata. 284
De ſancta Dorothea. 284
De ſancta Apolonia. 285
De ſancta Margarita. 285
De ſancta Maria magdalena. 285
De ſancta Anna. 286
De ſancta Katherina. 286
De ſancta Ceciſia. 287
De ſancta Lucia 287
De ſancta Chriſtina. 288
De ſancta Eliſabeth. 288
De ſancta Vrſula. 288
Ad undecim mille uirgines. 289
Oratio ad omnes ſanctas uirgin. 290
Oratio de omnibus ſanctis. 290
De beatiſſima uirgine maria. 290
Pro benefactoribus: 290
Ante ſancta communionem. 290

Oratio poſt communionem. 292
Alia de eodem. 292
Alia de eodem. 292
De ſancto Rocho oratio. 292
Caput ſextum ſancti Matthei, in quo tra-
ctatur de eleemolyna, ieiunio, oratione, &
de remiſſione iniuriarum &c. 293
Canticum Zachacie prophete. 294
Pſalmus centeſimuſecundus, Dauid. Be-
nedic anima quottidie ab omni fideli de
uote dicendus. 295

FINIS.

Die dominico sine iouis
fiat tua signu + et dicat
tu pñ et ter aue mñ flor
is genib; quãdo uis ire
dormitu

O Jn numerabilis Diuinitas
jnsuperabilis trinitas ego
ut licet indignus te adoro
et de profor altissime gdi
tor q̃ oia singula auita et
cuncta mihi tuminu posui
sti qa preter te no potue
rus et quantus clemens
ac omia dedisti et quam
ais ei qui tu nomina hym
ani generis gtulisti Vota

BIBLIOTECA
ROMA

Digitized by Google